Cat. 252

2 0/11

quam magnum est michi desiderium bona abendi
semper auarus exit, certo voto pete finem
quantum quisque sua nummorum seruat in archa. tantum
habet et fidei

Ad illustrissimam reginam hispanie tractatus contra hereticam prauitatem per Gundissaluum de villadiego sacri palacij apostolici auditorem editus incipit feliciter.

ſ Aluator noster Regina clarissima olim in euangelio predixerat: Circa finē seculi pseudo christos: τ pseudo prophetas surgere τ multos seducere τ fideles suos multas in mundo habituros pressuras: sed tamen portas inferi non preualituras: Proinde vt dicit Apostolus. Oportet hereses esse vt qui probati sūt manifesti fient: Quapropter oportet nos cum propheta ex aduerso cōsurgere τ murum opponere pro domo israel: τ euangelici meminisse mandati quod ab ipsa veritate precipitur: ꝙ si nos oculus aut pes aut dextra scandalizauerit manus a cōpage corporis auferatur: tūc melius sit hijs carere membris. Nam superfluo extra ecclesiam positis resistim⁹ sed ab hijs que intus sunt in eis quos decipiunt vulneramur. Hij enim nec vt infideles discedunt neqꝫ permanēt vt fideles: sed mysteriorum percepta noticia τ fidei nostre secretioribus perscrutatis: Conuersi postmodum impugnant nos τ contradictionib⁹ suis corda nostra disrumpunt: conculcantes verbi dominici margaritas τ ornamenta fidei maculantes. Ex quibus nouissimis diebus istis multi in prouincijs τ regnis tue ditioni suppositis in lucem prodierunt qui ante in antris latebant: legem veterem suscitantes que ab olim sepulta iacet: ac in passione christi cōsumata est: iuxta ipsius vocē inter crucifixores emissam quā ideo etiam velum quod ipsius secreta tegebat scissum est in duas partes a summo vsqꝫ deorsum: vt reuelata facie mysteria iesu conspiceremus. quiqꝫ emulatores moysi se iactant: cum reuera ipsius capitales existant inimici vtpote doctrinam eius vt falsam respuētes. Si enim vt veritas inquit Moysi crederent: vtiqꝫ et christo crederēt. De illo enim ipse scripsit. Unde τ illud Hieronymi: Prochdolor prouincie tue competere satis video: ibi enim cespite terra fecundo: dominia feminia puritatem centeno fructu olim referebat. Nunc aūt sulcis obrupta frumēta in loliū auenasqꝫ degenerāt: ibi quondam sol iusticie christus oriebatur. Nūc aūt lucifer ille qui ceciderat: supra sidera posuit thronum suum. Cum itaqꝫ sceptrum regni de manu altissimi susceperis τ pro tanti honoris fastigio talionē ei iuxta vires tua celsitudo impēdere teneatur. Assurge obsecro viriliter τ vestigia redemptoris amplectere τ vbi mulieres hierusalem eum plangebant τ lamētabantur: cum baiulans sibi crucem exiret in caluariam: tu qui iam exanimatū in cruce τ postea resurgentē adoras fontem aperi lachrymarum vbi rursus manibus huiusmodi sceleratorum hominū illum expui blasfemari, crucifigi τ lācea perforari dietim vides. Nā iuxta illud Hester: Quis nouit vtrum idcirco veneris vt in tali tempore parareris: quod vbi tua maiestas vt dignum est peregerit vniuersi ditioni tue subiecti clamabunt: teqꝫ benedicent dicentes. Tu gloria hierusalem: tu leticia israel: tu honorificentia populi nostri quia fecisti viriliter. τ postremo post temporale regnū quod obtines eterni regni gloriam consequeris. Ex quo magis iuridice ista peragi queant presentem tractatum agere institui: τ materiam prosequi ordine subsequenti.

Prima questio.

p Rimo quero quid faciat hereticum: τ quid sit hereticus. Ad hoc respondet magister quarto sen. di. xiii. inducēdo varias sanctorum sententias. Ait enim Hilarius. Extiterunt plures qui celestium verborum simplicitatem non veritatis ipsius absolutionem susciperēt aliter interpretantes ꝙ dictorum virtus postularet. De intelligētia enim heresis non de scriptura est: τ sensus non sermo fit crimen: idem intelligentie sensus in crimine est.

Hieronymus dicit ꝙ ex verbis inordi-
nate prolatis incurritur heresis. Augu-
stinus diffiniens quid sit hereticus ait.
Hereticus est qui pro alicuius tempora
lis cōmodi ⁊ maxime glorie principatus
q₃ sui gratia falsas ac nouas opiniones
vel gignit vel sequitur. Gregorius super
Ezechielem: qui in expōsitione sacri elo
quij: vt auditoribus placeat aliquid fin
git sua verba loquitur nō dei. Qui aūt
in verbis dominicis aliter q̃₃ is qui pro
tulit senserit: ⁊ si sub alio intellectu ta-
men ad edificationē charitatis tendit do
mini sunt verba que dicit hec ille. Inter
istas aūt diffinitiones illa Augustini vi
detur esse prestantior. ⁊ hanc secutus est
Gratianus. xxiiii. q. iii. c. heretic⁹. ⁊ glo.
in cle. vnica de vsur. Sanct⁹ tho. quarto
senten. di. xiii. arti. iii. dicit ꝙ hereticus
dicatur qui a fide diuisus est. ⁊ hoc facit
ex quadam electione: ad cuius euidentiā
cōsiderandū est secundum eum ꝙ in fide
sunt aliqua ad que explicite cognoscēda
omnis homo tenetur: vt sunt articuli fi-
dei. Unde si in hijs aliquis errat infide-
lis reputatur: ⁊ hereticus si pertinantiā
ad iungat: Si aūt circa illa ad que expli
cite credenda homo nō tenetur errat: nō
iudicatur heretic⁹. vt si aliquis simplex
credat Jacob patrem fuisse Abrahe qđ
est contra veritate scripture quam fides
profitetur: quousq₃ sibi innotescat ꝙ fi
des ecclesie contrarium habet: quia non
discedit per se loquēdo a fide ecclesie: ni
si ille qui scit hoc a quo recedit de fide ec
clesie esse. Et quia quedā sunt que in fi-
de ecclesie implicite cōtinentur vt cōclu-
siones in principijs: ideo in hijs diuerse
opiniones sustinentur quousq₃ per eccle
siam determinetur ꝙ aliquid eorum est
contra fidem ecclesie quia ex eo sequitur
aliquid contrarium fidei directe. Idem
sequitur prefatus doctor scđa scđe. q. xi.
arti. ii. vbi subiungit ꝙ aliqua dicitur
pertinere ad fidem dupliciter. Uno mō
directe ⁊ principaliter sicut articuli fidei
Alio modo indirecte ⁊ secundario sicut
ea ex quibus sequitur corruptio alicui⁹
articuli: ⁊ circa vtraq₃ potest esse heresis
eo modo quo ⁊ fides. Idem tenet prima

parte. q. xxxii. arti. iiii. ⁊ inde est ꝙ nedū
est heretic⁹ qui male sentit de articulis
fidei: sed etiā ille qui nō tenet rectā fidē
erga sacramēta ecclesie: de here. ad abo-
lendam in prin. Ex quibus sequitur ꝙ si
extra predictos casus reperiatur alius in
quo quis dicatur hereticus illud erit lar
ge ⁊ improprie per quem modū debet itel
ligi id qđ dicitur ꝙ simonia est heresis
.i. q. i. eos de simo. c. quotiens. Itē ⁊ qui
libet excōmunicatus: ⁊ qui priuilegium
Romane ecclesie infringit ⁊ qui eius pre
cepta transgredit. Item cōtumax ⁊ qui
libet ifidelis ⁊ plures alij modi qui no.
per glo. xxiiii. q. iii. illi qui. ⁊ per Inno.
de here. firmissime. per Hosti. in sum. de
here. §. i. ⁊. c. si papa. xl. di. ita tenet Cal.
consi. iiii. ti. de here. Cōfirmatur etiam
istud per id qđ dicit sanct⁹ Tho. iiii. sen.
vbi supra: vbi dicit ꝙ simoniaci dicunt
heretici per similitudinē quia sicut here
ticus contra fidem sentit: ita simoniac⁹
operatur ac si cōtra fidem sentiret dum
precio sacra vult adipisci. ⁊ per eundem
modum itelliges alios modos improprie
heresis de quibus predictum est. ⁊ quia fi
des principaliter cōsistit in corde. Et eti
am secundario in ore: iuxta illud Apo-
stoli ad Roma. x. Corde creditur ad iu-
stitiam ore aūt cōfessio fit ad salutē. Si
militer heresis principaliter consistit in
corde: scđm quod Hilarius dicit. Intel
ligentie sensus in crimine est: sed secūda
rio in ore. Unde Hieronymus dicit ꝙ ex
verbis inordinate prolatis icurritur he
resis: nō quia heresis per se in hijs con-
sistat: sed quia sunt occasio ⁊ causa erro
ris vt Tho. dicit ibi. Adde etiā ꝙ ver-
ba sunt signa earum que in anima sunt
passionum vt Phūs dicit. Non enī pre
sumitur quis dicere que ante animo nō
cogitauit. de lib. lega. labeo.
Sed quero iuxta hoc. Pone ꝙ ille q̃ dixit
aliqđ cōtra fidē dicit se nō seriose nec ex
aio: sed poti⁹ per lubricū lingue aut ioco
illud dixisse an sit puniendus. Lapus ⁊
dñs Cardi. in dicta cle. vnica. §. sane de
vsur. Dicūt ꝙ extraordinarie punief ar
bitrio iudicis ⁊ iponetur ei aliqua leuis
pnīa salutaris. xvii. di. nec licuit. xxiiii.

q.i.hec est fides. Augerem tamē ego pe-
nam ex qualitate persone ⁊ ex qualitate
loci ⁊ personarū astātiū ⁊ scandali exin
de insurgentis que oīa ⁊ etiā alia in pu-
niēdis delictis sunt attēdēda: de homi.
sicut dignū.i prin.ff.de pe. aut facta.ta
lis eni iocus nō est permittēdus per quē
venitur ad crimina.ff.ad.l.acquil. nam
ludus .de homi.cōtinebat. ⁊ ibi in glo.
Item quādo per lubricū lingue: si fuit
in culpa.vt hec lubricitas in eo causare
tur puniet alias nō. Presumerē tamen
ego verba seriose fuisse dicta ⁊ ex malo
aīo processisse per iura pdicta: ⁊ etiā qꝛ
omne male factū praue presumit actum
vt in.l.si non conuicij.C.de in iur. ⁊ de
presump.c.i.nisi ex alijs coniecturis con
trarium appareret. Eo tamen casu quo
huiusmodi verba nō saperēt heresim sꝫ
excusarentur ioco vel lubrico lingue non
posset penā infligere inquisitor.ar.c.ac-
cusatus.§.sane de here.li.vi.sed ordina
rius illud faceret.

Secunda questio.

Secundo quero vnde dicatur
heresis. Ad qđ dicendū scđꝫ
Isidorū ꝙ heresis est nomē grecū ⁊ idē
ꝙ diuisionē importat. Unde ⁊ heretics
diuisiua dicūtur. Hieronymus tamē in
epl'a ad Galatas ⁊ habet trāsumptiue.
xxiiii.q.iii.heresis. Dicit ꝙ heresis gre
ce ab electiōe dicit ꝙ scilicet eā sibi quis
qꝫ eligat disciplinā quā putat esse meli
orem. ⁊ vtrumqꝫ istorū dicitur cōuenien
ter. Ex hoc eni quis efficitur hereticꝰ ꝙ
eligit singularē opinionē tenere diuisā
⁊ distinctam a cōmuni ecclesie catholice
dogmate ⁊ determinatione. Unde si qs
nunquā fuisset in vnitate ecclesie vtpote
iudeus vel sarracenus etiā si teneat con-
traria fidei nr̄e nō est iudicādus hereticꝰ
nō eni potest dici diuisus ab vnitate ec-
clesie qui nunquā in ea fuit: vt dicit glo.
in cle.vnica.de vsur. Similiter etiā si qs
catholicus teneret contrariū aliqđ fidei
nō tamē eligēs sed per errorē credens il
lud etiā per catholicā ecclesiā tenere pa-
ratus corrigi vbi in errorē se lapsum co
gnosceret non esset hereticus. Pro quo
est optimus textus.xxiiii.q.iii.dixit apo
stolus.ibi cū dicit. Sed qui sniam suam
quāuis falsam atqꝫ peruersā: nulla per
tinaci obstinatione defendunt: presertim
qꝫ nō audacia sue presumptionis pepe-
terint sꝫ a seductis atqꝫ in errorē lapsis
parētibꝰ acceperūt: querūt aūt cauta so
licitudine veritatē: corrigi parati cū in-
uenerint: nequaquā sunt inter hereticos
depurādi. Cōpetit aūt ⁊ latine hoc no-
men eidē. Nā potest dici heresis ab he-
rendo qꝛ sue opinioni vehemēter iheret
per electionē vt prediximus. ⁊ ex pdictis
iustificari potest qđ not. Inno.de sum.
tri.c.firmiter. dicēs ꝙ si aliqs habꝫ fidē
catholicā iplicite qꝛ credit quicqđ eccle-
sia credit sed falso opinat naturali rōe
motus ꝙ pater maior vel prior sit filio
vel ꝙ tres persone sunt tres res a se.in-
uicem distincte ⁊ sepate ⁊ distātes qđ nō
est hereticꝰ: dūmō hunc errorē suū nō de
fendat ⁊ hoc ipm credit qꝛ credit sic ecclē
siam credere ⁊ suā opinionē fidei ecclesie
supponit paratꝰ se submittere iudicio ec
clesie vbi ecclesiā sciret contrariū sentire
heresis eni reqrit pertinaciā. vt de sum.
tri.cle.vnica: §.porro. ⁊ dicta cle.vnica.§.
pe.de vsur. Licet tn̄ ego excusarē huius-
modi hominē ab heresi. Nō tn̄ excusarē
illū a pctō si errauit in hijs q̄ scire tene-
batur, de pertinētibus ad fidē. De qbus
per sanctū Tho.scđa scđe.q.ii.arti.v.qꝛ
⁊ ipa ignorātia est pctm̄ in hijs que scire
qs tenetur.xxxviii.di.qui.ea. ⁊ p Phūm
tertio ethi. ⁊ p magistrū.ii.sen.di.xxii.

Tertia questio.

Tertio quero an scismatici
sint iudicandi heretici. Ad
qđ respōdet Hieronymꝰ in epl'a ad Ga
latas: ⁊ habet transumptiue.xxiiii.q.iii
inter heresim, qđ inter heresim ⁊ scisma
hoc interest: qđ heresis peruersū dogma
habeat scisma ꝓ post episcopalē disces
sionē ab ecclesia separat. Qđ quidem in
principio aliqua ex pte itelligi pōt diuer
sum. Ceterū nullū scisma est nisi sibi ali-
quā heresim cōfingat vt recte ab ecclesia

recessisse videatur. Et ab clariorē intellectum huiusmodi considera ꝙ heresis ⁊ scisma distinguūtur scḋm ea q̄bus vtrūq̧ per se directe opponitur. Nā heresis per se opponit̄ fidei. Scisma aūt opponitur vnitati ecclesiastice charitatis. Et ideo sicut fides ⁊ charitas sunt diuerse virtutes: quāuis q̄cūq̧ careat fide careat charitate. Ita etiā scisma ⁊ heresis sunt diuersa vitia. quāuis q̄cunq̧ ē heretic⁹ sit etiā scismaticus: sed nō cōuertitur. Verū est tamē ꝙ sicut amissio charitatis ē via ad amittendū fidē: iuxta illud .i. Thimo. i. A q̄bus quidam aberrantes scilicet a charitate ⁊ alijs huiusmodi cōuersi sūt in vaniloquiū ⁊ cet̄a. Ita etiā scisma est via ad heresim. Et sic innuit Hieronymus in auctoritate preinductā: ita declarat sanct⁹ Tho. scḋa scḋe. q. xxxix. arti. i. ⁊ propter hoc dicit glo. xxiiii. q. i. didicimus. ꝙ scisma inueteratū sapit heresim quasi velit ꝙ si nō esset hereticus nō perduraret tam diu in scismate. Ex q̄bus infertur ꝙ si q̄s recederet ab obedientia pape qui vices xp̄i tenet qui est caput ecclesie nolens superbe ⁊ cōtumaciter ⁊ in cōtemptū ei subijci esset scismatic⁹ tantū: Ubi tamen ideo recederet ab ipsius obedientia qꝛ crederet ꝙ ille nō habet potestatem cōdendi canones: aut ꝙ potestas suprema ecclesie nō residet penes ip̄m tā quam qui vicem gerit eius qui est caput ecclesie qui est xp̄us. Iuxta illud Apostoli ad Collo. ii. ⁊ ad Ephe. i. qui dedit ipsum caput supra oēm ecclesiā: iste hereticus iudicandus foret vt dicit glo. xix. di. c. nulli. ⁊ in. c. generali. de elect. li. vi.

Questio quarta.

Quarto quero: Quot sūt species heresis. Hoc determinat Isidorus. viii. li. ethi. c. v. ⁊ habetur transumptiue. xxiiii. q. iii. c. quidam. vbi multe enumerant̄: q̄bus sic enumeratis magister Gratianus subinfert aliam heresim dicēs. Sed quicunq̧ aliter sanctā scripturam itelligit q̄ sensus spūs sc̄i flagitat a quo scripta est licet de ecclesia nō recesserit tamē hereticus iudicari potest. Et habuit hōc a Hieronymo vt supra diximus in primo mēbro. Et intelligе q̄d ille dicitur aliter exponere sanctā scripturam q̄ spūs sanct⁹ flagitat qui ad hoc sanctā scripturā retorquet quod cōtrariatur ei q̄d per spūm sanctū est reuelatum. Ita dicit Tho. scḋa scḋe. q. xi. arti. ii. Ex quo sequitur q̄d si quis daret aliquem itellectū sacre scripture qui nō esset cōsona veritatē reuelatam per spiritum sanctū sed preter illam: nō ad corruptionem fidei: sed edificationē fidelium nō esset hereticus iudicandus. Et hoc satis aperte innuit Gregorius super Ezechielem vt patet in auctoritate inducta supra in primo mēbro. Augustinus etiā in li. de heresibus: cōmemorat aliquos catholicos tractatores qui de heresibus scripserunt diuersas earum species enumerantes: ip̄e etiam ibidē noīatim plures exprimit. Inter oēs aūt hereses post xp̄i aduentū prima fuit illa quam q̄dam discipuli incurrerūt de sacramento altaris: de qua scribit Io. vi. Cum eni xp̄us ꝑdixisset: nisi manducaueritis carnē filij hoīs: ⁊ biberitis eius sanguinē nō habebitis vitam in vobis. Et subiunxisset q̄dam alia iuxta hoc: illi perditi hoīes dixerunt: durus est hic sermo ⁊ q̄s poterit eum audire ⁊ ex illa die abierunt retro. Et vt dicit ibi Nicolaus: Nō est itelligēdum hoc de duodecim Ap̄lis vel de septuaginta duob⁹ discipulis: qꝛ isti xp̄o adheserunt: scḋm ꝙ patet ex discursu euangeliorum: sed multi alij sequebātur ip̄m ad audiendū ei⁹ doctrinā: ⁊ de istis multi retrocesserūt ⁊ ꝙ ista fuerit prima heresis. patet de cōse. di. ii. prima heresis. Et postq̄ȝ illi sc̄i p̄res de q̄bus ꝑdixim⁹ ꝑdictas hereses cōscripserūt multe alie suborte sunt nouiter ⁊ dietim suboriuntur. Et iuxta verbū saluatoris nr̄i. De quo in primo themate premisimus: quo magis finis seculi appropinquat: eo magis hereses subcrescēt: q̄d partim ex prelatorum negligentia prouenire cōspicuū est. dormientib⁹ eni hoībus: vt saluator inquit Inimicus hō superseminaint zizania. Et alio etiam hoc prouenit quoniam post illa tēpora quo illi sancti do

ctores scripserunt: multi articuli fuerūt per ecclesiam determinati q sint contra fidem. Unde si quis modo pertinaciter cōtrarium affirmaret: hereticus censeretur qd minime cōtigisset ante determinationem ecclesie: vt dicit Tho. i. parte. q. xxxii. arti. iiii. ⁊ prodest scire huiusmodi heresum species vt ex illis possit cognosci quid sit hereticus: vel quid faciat hereticum: de quo in primo dubio tactum est: qd nō sine difficultate cognoscit in aliquibus articulis: vt dicit Augustin⁹ in li. de heresibus. Illud tamē indubitatum existat q cum malum infinitum sit vt Pithagorici dicūt teste philosopho. ii. ethi. ⁊ per cōsequēs infiniti errores possent occurrere contra fidem: cōsequenter possent hereses in infinitū multiplicari.

¶ Sed iuxta predicta quereret aliquis curiosus: de scola eorum qui volūt sapere plus q̄ oportet sapere cōtra doctrinam apli. Cur de⁹ permittat tot hereses esse totq eorū sectatores in inferna demergi. Ad hoc respōdet Augustin⁹ ⁊ habetur in. c. fi. xxiiii. q. iii. Ideo diuina prouidentia multos diuersi erroris hereticos esse permittit: vt cum interrogant nos: ea que nescim⁹: sic discutiam⁹ pigriciam. ⁊ diuinas scripturas cupiamus. Ideo enī apl'us ait. Oportet hereses esse vt qui probati sunt manifesti fiant. Hij enim deo probati sunt qui bene possunt docere. Et quāq iste intellectus Aug. sit bonus ad illam auctoritatem apostoli: superficies tamē littere magis capit hūc sensum: vt ideo deus pmittat hereses esse: vt cōstantia fideliū cōprobetur sed vtrumq recte dictū extat. Uel dicas q ista q̄ in secretis dei cōsistunt non sūt a nobis inquirēda: iuxta illud Eccle. iii. Altiora te ne q̄sieris: ⁊ fortiora te ne scrutatus fueris: ⁊ in plurib⁹ operibus eius ne fueris curiosus. ⁊ postea subdit: Multos enī subplantauit suspicio illorum: ⁊ in vanitate detinuit sensus eorū. ⁊ Eccle. vii. Quid necesse est homini maiora se q̄rere: cū ignoret qd cōducat sibi in vita sua? ⁊ post pauca: Nec plus sapias q̄ necesse est: ne obstupescas. Habemus etiā exemplū Apli qui cū de predestinatione verba ageret: ⁊ peruenisset ad illud: quare quosdā eligat: alios aūt reprobet iuxta illud: Jacob dilexi. Esau aūt odio habui. sapientissime intulit. O altitudo diuitiarum sapientie ⁊ scientie dei q̄ incōprehensibilia sunt iudicia ei⁹ ⁊ inuestigabiles vie eius. ⁊ de eodē Aug. super Jo. in illo verbo: Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Dicit quare hunc trahat ⁊ quare illū nō trahat noli inuestigare si non vis errare. Pet idem respōdet magister ii. sen. di. xxiii. hijs qui querūt: cur deus pmiserit primū hominē peccare cū posset eius voluntatē vertere in bonum qz omnipotēs est. Posset inquit ille reuera: cur nō fecit? quia noluit. Cur noluit: ipse nouit. Nō debemus plus sapere quā oportet sapere: hec vnū in huiusmodi debet nobis habūde sufficere q vt dicit Aug. in enchiridion. Deus oīpotens cui rerū est summa potestas: cum summe bonus sit. nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis: nisi vsq adeo esset oīpotens ⁊ bonus ⁊ bene faceret etiam de malo. quō aūt illud intelligatur: ⁊ qualiter ex malis deus eliciat bona: latissime prosequit magister. i. sen. di. xlvi. ⁊ p̄ p̄dicta etiā sufficiēter respōdet ad id qd multi petunt: Quare deus permittat legem machometi in tantū preualere.

Questio quinta.

Quinto q̄ro de cōparatiōe hereticorū ad alios īfideles: ⁊ infideliū inter se inuicē. Ad qd dicēdū scdm Tho. scda scde. q. x. arti. vi. q in infidelitate duo possunt cōsiderari. quorū vnū est cōparatio eius ad fidem. ⁊ ex hac parte grauius peccat contra fidem qui renititur fidei suscepte. Sicut grauius peccat qui non implet quod promisit quaz qui nō implet quod nunquam promisit: ⁊ secundum hoc infidelitas hereticorum qui profitentur fidem euangelij ⁊ ei renituntur eam corrumpentes grauior est q̄ iudeorum ⁊ aliorum infidelium qui nūquam fidē euangelij susceperūt: Sed qz iudei susceperunt figurā euangelij in ve-

teri lege quã male interpretantes corrũpunt. Ideo etiã eorum ĩfidelitas est grauius peccatũ ꝙ infidelitas gentiũ qui nunquã fidẽ euangelij susceperũt. Aliud qd̃ in ĩfidelitate cõsideratur est corruptio eorũ q̃ ad fidem pertinẽt. ⁊ sc̃dm hoc cũ in pluribus errẽt gẽtiles ꝙ iudei: ⁊ iudei quã heretici: grauior est infidelitas gentiliũ quam iudeorũ: ⁊ iudeorũ quam hereticorum: nisi forte quorundã puta manicheorum qui etiam circa credibilia plus errant quam gentiles. Harũ tamẽ duarũ grauitatũ prima prepõderat secũde quãtum ad rationẽ culpe: qꝛ infidelitas habet magis rationẽ culpe ex hoc qd̃ renititur fidei quam ex hoc qd̃ non habet ea que sunt fidei. hoc enĩ vltimũ videtur magis ad rationẽ pene pertinere. Unde simpliciter loquendo infidelitas hereticorũ est pessima. Si aũt queras: ex quo inter infideles peiores sunt heretici vt proxime diximus. Quid si cõparemus eos ad idolatras. Ad hoc dicendũ sc̃dz Tho. sc̃da sc̃de. q. xciiii. arti. iii. quod grauitas alicuius peccati attendi potest dupliciter. Uno modo ex parte ipsius peccati. ⁊ sic peccatũ ydolatrie est grauissimũ. Sicut eñi in terrena republica grauissimũ esse videtur qd̃ aliquis honorẽ regium alteri ĩpendat quam vero regi: qꝛ quantum in se est totum reipublice perturbat ordinẽ. Ita in peccatis que cõtra deum cõmittunt que tamẽ sunt maxima: grauissimũ esse videtur qd̃ aliquis honorem diuinũ creature ĩpendat: quia quantum in se est facit alium deum in mũdo minuens principatũ diuinũ. Alio modo potest attẽdi grauitas ĩpius peccati ex parte ipius peccantis: sicut dicitur grauius peccatũ eius qui peccat scienter quã eius qui peccat ignoranter. ⁊ secundum hoc nihil prohibet grauius peccare hereticos qui scienter corrumpunt fidem quaz acceperunt: quam ydolatras ignoranter peccantes. Ex hijs tu clare poteris ĩferre qd̃ cum isti heretici qui nouiter in hispania detecti sunt potius apostate quã simplices heretici sint iudicandi: cũ non in parte tantũ de fide iesu xp̃i male sentiant: sed in totuz eam abijciant ad legem

Moysi iam diu sepultã reuersi: peiores quam alij heretici sunt iudicandi: qꝛ in plurib⁹ imo in totũ aberrant. Unde sup illud Apl'i ad Gala. iiii. Quõ conuertimini iterum ad egena ⁊ infirma elemẽta dicit glo. Hiero. Legis obseruantia cui tunc dediti erant: erat pctm̃ pene par seruituti ydolorũ cui ante cõuersionẽ vacauerant. ⁊ sic apparet qd̃ est crimen pene par ydolatrie: ⁊ nedum ꝓpter atrocitatẽ delicti quin etiam ꝓpter periculũ proditionis deberent principes eos a suo consortio ĩ totũ expellere: p̄sertĩ ne p̄ncipes fierẽt cõsiliꝝ suoꝝ: aut eoꝝ q̃ statũ regiũ cõcernũt qd̃ aperte dicit cõciliũ Toletanẽsis. De quo h̃etur. ii. q. vii. nõ põt. cuius verba sunt. Nõ potest erga hoĩes esse fidelis: qui deo extiterit infidelis. Unde subiũgit de quibusdam iudeis q̃ dudũ xp̄iani facti fuerant ⁊ deniũ in xp̄i fide sunt preuaricati: vt a testimonio repellantur. Nõ est enĩ eis credendũ: qui fidei veritatẽ a se abiecerunt. ⁊ istud stat in aperto: qui enĩ fidẽ xp̄i susceptam ad quam strictissime tenetur fefellit: quõ fidem quam principi terreno debet firmã tenere poterit: Ad qd̃ etiam facit qd̃ scribitur ꝓuerbio. vi. Homo apostata: vir inutilis gradiens ore peruerso: annuit oculis: terit pede: digito loquitur: prauo corde machinatur malum: ⁊ in omni tempore iurgia seminat. Habet etiam aliud malum huiusmodi apostasia. qd̃ qui eaz incurrit vix potest ad bonum reparari: vt dicit apostolus ad Hebre. vi. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt: ⁊ post pauca ⁊ prolapsi sũt: scz per apostasiam: rursus renouari ad penitẽtiaz. ⁊ accipitur ibi impossibile pro difficili. Hic est enim vnus modus impossibilitatis vt habetur. v. metha. quod potissimũ in istis de quibus paulo ante premisimus locum habet: qui a parentibus iudeis perfidiam legis veteris cũ sanguine trahũt. Et ex hijs ĩferri potest ad questionẽ quam posuit Oldradus cõsi. li. An iudeus transiẽs ad sectã sarracenorũ sit puniẽdus. ⁊ tandẽ post multa cõclusit ꝙ nõ: ⁊ inter cetera motiua sua est illud ꝙ deterior est infidelitas iudeoꝝ quã Sar

racenoȝ͂ aut gentilium vt superius di-
ximus. Pro quo etiã est tex. aptus. i. q.
i. nõne. cũ ergo de peiori transeat ad mi
nus malũ. non est ob hoc puniẽdus. Ex
quo etiã sequitur q̃ isti apostate qui in
legem iudeoȝ͂ recidũt: peiores sunt quã
si essent apostate legem sarracenoȝ͂ am
plectantes vel aliam huiuscemodi. Unũ
tamẽ nõ omittã q̃ licet oẽs infideles tã
iudei quã alij sint mali et iniqui vtpote
infideles: tolerãtur tamẽ per ecclesiã in
infidelitate sua: vt vel sic tollerati fina-
liter cõuertantur ad fidem. vt de multis
iam vidimus: vt in. c. qui sincera. xlv. di.
et c. sicut iudei. de iude. Magis tamen
sunt tolerabiles ritus iudeoȝ͂ q̃ alioȝ͂
infideliũ: licet iudei sint peiores vt dixi
mus. Cuius ratio est: quia cũ in eis olim
p̃figurabatur veritas fidei quã tenemus:
prouenit hoc bonũ q̃ testimoniũ fidei nr̃e
habemus ab hostibus et quasi in figura re
presentatur nobis q̃ credimus: quod in
alijs ĩfidelibus nõ cõtingit. vt dicit Tho.
scda scde. q. x. arti. xi. et hac cõsideratiõe
licet iure nõ sit expressa: iura prohibẽt
ne sarraceni publice faciant cerimonias
suas inuocãdo publice nomẽ machome
ti vel similia faciẽdo vt in cle. vnica de iu
de. Hoc tamen nõ reperitur prohibitũ
in iudeis. et hoc tenẽt Math. et do. Car.
di. et Jo. de Imo. in dicta cle.

Sexta questio.

Sexto quero an heretici sint
tollerandi? Et distinguẽdũ
est: q2 aut occurrit casus in quo nõ pos-
sent puniri heretici quin simul puniãt
et boni. Uel quia latent inter bonos. Uel
quia habẽt multos sequaces: ita q̃ sine
catholicoȝ͂ periculo interfici nõ possunt
et tali casu heretici sunt tollerãdi. et hoc
aperte dominus ostendit Mathei. xiii. vbi
in parabola prohibuit colligi zizania:
ne forte eradicantes zizania: eradicarẽt
simul et triticum. Quãdo vero ex occasi-
one hereticoȝ͂ non imminet periculum bo
nis: sed magis tutela et salus tunc licite
possunt occidi: vt dicit Aug. contra per-
menianũ. Sicut enĩ si saluti totius cor-
poris humani expediat precisio alicuius
membri: puta cum est putridũ vel corru
ptiuum alioȝ͂ membroȝ͂: laudabiliter
et salubriter abscinditur. Ita cum queli
bet persona singularis cõparetur ad to
tam cõmunitatẽ sicut pars ad totũ. Si
aliquis hõ sit periculosus cõmunitati et
corruptiuus ipsius ꝓpter aliquod pctm̃:
laudabiliter et salubriter occidit: vt bo-
num cõmune cõseruetur. modicũ enĩ fer
mentum totã massam corrũpit. vt. i. ad
Corin. v. Ad hec adaptari possunt not.
per Tho. scda secũde. q. lxiiii. arti. ii. et si
hoc in alijs enormibus criminibus locũ ha-
bet fortius in crimine heresis: quod sua
grauitate flagiciosissimũ est: vt in prehã
bitis patet. eo maxime q2 iuxta Apl'm
.ii. ad Thimo. ii. heresis vt cancer dicit
serpere. Unde resecanda est a principio:
ne paulatim intima cordis corrodat: et
spiritualẽ vitã adimat: resecande siquidẽ
sũt putride carnes et scabiosa ouis a cau
lis repellenda: ne tota domus massa: cor
pus: ardeat: corrũpatur: putrescat: inte
reat. Arrius in Allexandria vna scintil
la fuit: sed quõ nõ statim oppressus ẽ: to-
tum orbẽ eius flãma est populata. xxiiii.
q. iii. resecande. Joannes quoq3 apls in
canonica sua. Si quis inquit venit ad vos
et hanc doctrinã nõ affert: nolite eum re-
cipere in domũ: nec ei dixeritis. Qui enĩ
dicit illi aue: cõmunicat operibus illius
malis. Hec Joannes que de scismaticis
siue hereticis vitãdis verbis docuit etiã
factis exhibuit. Narrat enĩ de illo audi
tor eius vir sanctissimus Policarpus: q̃
ipse quodã cum apud ephesum balneas
lauandi gratia fuisset ingressus et vidis
set ibi cherintum: exilijt continuo et dis-
cessit non letus dicens. Fugiamus hinc
ne et ipse balnee corruãt in quibus Che
rintus lauatur inimicus veritatis: de
quo est textus. xxiiii. q. i. oĩs qui. Adde
pulchrum tex. ea. cã. et que dignior. Un
de et si in alijs criminibus occultis tene-
atur quis crimen proximi celare pro-
pter charitatem vt in. c. si sacerdos. de
offi. ord. et. ii. q. i. christus. hoc tamen fal-
lit in crimine quod pertinet ad corrupti
onem cõmunitatis spiritualẽ vel corpo-

taleni. Hoc enī casu tenetur quis illud propalare testificādo vel denunciando: vt dicit Tho. scđa scđe. q. lxx. arti. i. Idē sentit Inno. de resti. cogen. c. i. ⁊ ponit exemplum in heresi quod vt patet ex premissis spirituale detrimentū inferre cōmuniter est aptissimū. prodest etiā hec punitio criminum reipublice vt ceteri metu pene arceantur a similibus cōmittendis. xxiij. q. v. nō est innocentie. de vi. ⁊ hone. cler. vt clericoruz. ⁊ inde est ꝙ vt magis ista in plurimorū exemplum veniant publice debēt malefactores puniri. l. capitalium. §. famosos. ff. de pe. vij. q. i. denicꝫ. versi. turibula quocꝫ.

Septima questio.

Septimo quero. Ad quē spectat iudicare de heresi. In hoc distinguerem quia Aut agitur de articulo nōdum deciso per ecclesiam. Aut de articulo iam deciso. Primo casu iudicium spectat ad papā: vt probat tex. xxiiij. q. i. quociēs: ⁊. c. hec est fides. ⁊. c. i. de iura. calū. ⁊. c. maiores de bap. qđ etiam sacre scripture auctoritate ostenditur. Nam ⁊ saluator Petro dixit: quem summū pōtificem constituit. Ego p[ro] te rogaui Petre vt nō deficiat fides tua. ⁊ tu aliquando cōuersus confirma fres tuos. Luce. xxij. Et vbi xp̄us discipulos interrogauerat: vos autē quē me esse dicitis? Petrus respondit. Tu es xp̄us filius dei viui: Math. xvi. Hoc etiā tenet sanct⁹ Tho. scđa scđe. q. i. arti. x. Et huius ratio est: quia vna fides debet esse totius ecclesie. secūdū illud. i. ad Corin. i. id ipm dicatis oēs ⁊ nō sint in vobis scismata: quod seruari non posset nisi questio de fide exorta: determinaretur per eum qui toti ecclesie preest: vt sic eius sentētia a tota eccelsia firmiter teneatur. Illud idem sequitur Aug. de anchona in summa sua de potestate ecclesie. q. i. arti. i. ⁊. ii. ⁊ hoc satis figuratum est Exodi. xviij. vbi dictum est Moysi qui fuit rector iudeorum: sicut papa rector est omnium xp̄ianorum. Esto tu populo in hijs que ad deum pertinent: vt ostendas ei cerimonias ⁊ ritum colendi deum. Sicut ergo omnes questiones emergentes de lege ⁊ de cultu dei: reseruabātur Moysi determinande. Sic omnia que sunt fidei christiane spectant ad determinationem pape. Unde dicit Cirill⁹ in li. thesau. vt membra maneamus in capite: in nostro apostolico throno romano pontifice maneamus: a quo nostrū est querere quid credere qđ tenere debeam⁹. ⁊ Maximus in epistola orientalibus missa: dicit. omnes fines orbis terre qui dominū sincere receperunt ⁊ vbicꝫ terrarum catholici veram fidem cōfitentes: in pontificem romanoruz tanquam in solē respiciunt: ⁊ ex ipso lumine catholice ⁊ aplice fidei recipiunt veritatez: licet enī apud alios forte posset esse profundior sciētia ad ista decidenda quā in romanū pont. Deest tamen eis potestas de hijs iudicādi ⁊ statuēdi: que in solo romano pōtifice residet vt prediximus. Caute tamē ageret papa si cum de istis dubiis articulus occurrit cōcilium generale faceret cōgregari: vt cum eius cōsilio decideret qđ esset tenendū ⁊ credendū. Sicut apli fecerunt actuū. c. xv. quando insurrexit heresis illorū qui dicebant legē moysi simul cū euāgelio obseruandā. Cōuenerūt enī Hierosolimis videre de verbo hoc. Simile fuit in. c. firmiter. de sum. tri. ⁊. c. dāpnamus. eo. ti. ⁊. c. vnico eo. ti. li. vi. ⁊ cle. vnica e. ti. Et hoc idem in oībus arduis cōsulte esset agendum vt appare. l. di. de eo. xcvi. di. bene quidē. xxxv. q. v. ad sedem. xxxv. q. ix. quod quis integrum est enī iudicium: quod plurimorū sententijs confirmatur: de offi. deleg. prudentiam in prin. xx. di. de quibus. C. de fideicom. l. fi. Est enim tāta in hoc pape potestas ꝙ si possibile foret ꝙ angel⁹ de celo aliquid contra fidem doceret aut sentiret: per papā iudicari ⁊ excōmunicari posset vt probatur ad Gal. i. c. Sed licet nos aut angelus de celo euangelizauerit vobis: preterquam quod euangelizauim⁹ vobis: anathema sit. Si tamen cōtingeret papā errare in hijs q̄ sunt fidei tunc dāpnari posset per cōcilium generale. vt in. c. si papa. xl. di. cum glo. ⁊ per glo. xv.

di·sicut.⁊.xix.di.Anastasius.⁊ Inno.in
c.ex parte de verb.signi.⁊ per docto.in
c.in.fidei fauorem de here.li.vi. Nec per
hoc dicimus inferiorem dicere ius in su-
periorem cum papa sit maior cōcilio ge-
nerali vt in.c.significasti.de elec.⁊.c.alio
rum.⁊.c.nemo.ix.q.iii.quoniā cum pa-
pa incurrit heresim:desinit esse papa:cū
non sit de corpore ecclesie pro quo ē glo.
xxiiii.q.i.n acarius.ergo ⁊ multo minus
potestdiri gerere vices eius qui est caput
ecclesie. Et huic sententie generalis con-
cilij stari debet:vtpote que veritatem cō
tinet indubitatā. Nam ⁊ si papa possit
errare in hijs que sunt fidei. Nam ⁊ le-
gimus aliquos romanos pontifices he
resim incurrisse.vt patet in dicto.c. Ana
stasius.xix.di.c.nunc aūt.xxi.di. Tamen
concilium generale in tangentibus fidē
errare non potest:⁊ de hoc vere intelligi
tur predicta auctoritas Luce. Ego pro
te rogaui Petre vt nō deficiat fides tua.
Dictum enim est ei in persona totius ec
clesie.cui etiam consonat illud verbū sal
uatoris nostri Math.xxviii. Ego enim
vobiscum sum oībus diebus vsqʒ ad cō
summationem seculi. Non siquidem tantū
Petro nec duodecim apostolis dictum
intelligitur:cum morte finierunt dies su
os:nec vsqʒ in finem seculi perseuraue-
runt:sed potius vniuersali ecclesie que in
finem est duratura que in generali conci
lio representatur.⁊ tante auctoritatis ē
concilij determinatio in huiusmodi.qđ
euangelium illa nominatur.vt patet ad
Gala.ii.quando Paulus dixit qđ Pe
trus non ambulabat ad veritatem euan
gelij. Id tamen in quo paulus reprehē
debat Petrum erat quod ipse subtrahe
bat se a gentibus nolens manducare de
cibis eorum:sed obseruabat ritus iude-
orum in cibis:propter timorem iudeo-
rum qui superauerant a Hierosolymis
hoc tamen non erat contra aliquod de
quattuor euangelijs:sed erat contra de
terminationem concilij generalis quod
ab apostolis fuerat celebratū super hu-
iusmodi legalibus non seruandis.actuū
xv. Ad qđ etiā ostendendū sola vniuersa
lis sinodus loquitur sub nomīe spūs scti

vt ibi patet. Nā tum in eoden cōcilio fie
ret diffinitio:dictū fuit,placuit spiritui
sancto ⁊ nobis.⁊ istis verbis postmodū
vsa fuerunt generalia cōcilia que in eccle
sia vniuersali fuerunt cōgregata:vbi er
go talis assessor accedit locus errādi nō
potest occurrere. Et si cōtrariū diceremꝰ
nil certū esset in fide. Vnusquisqʒ enī se-
queretur opinionē suā ⁊ fluctuaremus
omni vento doctrine sicut paruuli:cōtra
Aplm ad Ephe.iiii.vbi ait qđ xp̄us de
dit in ecclesia quosdā aplos:alios ꝓphe
tas:alios vero pastores ⁊ doctores ad
cōsummationē sanctorꝫ in edificationem
corporis xp̄i:donec occurramus oēs in
vnitatē fidei:⁊ paulo post:vt iam nō su-
mus paruuli fluctuātes ⁊ circūferamur
omni vento doctrine in nequicia ⁊ astu-
cia hominū ad circumuentionē erroris:
quasi velit ꝙ cum fuerimꝰ in fide istorꝫ
qui fidem ecclesie representāt nō fluctua
bimus in doctrina fidei tanquā paruuli.
Sed pdictis videt obstare.c.tria.iuncto
c.placuit.xxxvi.q.ii.⁊.c.fi.de rap.vbi ap
paret qđ illud qđ circa mrīmoniū nō cō
trahendū inter raptorē ⁊ raptā fuerat
erronee per cōcilium statutū fuit postea
emendatū. Ad hoc tamē stat responsio:ꝙ
illud nō est de spectātibꝰ ad fide in qbus
obtinet qđ predixiꝰ. Vel aliter dicendū
ꝙ illud nō fuerat erronee statutū.lʒ eēt
cōtra testimonia veteris legis:vt voluit
glo.⁊ male in dicto.c.tria. Nā cū illud
esset preceptū iudiciale nō obligabat in
lege noua:sed fuit correctuʒ:qr pro hoc
tēpore sic fuit visū legislatori:siue quia
sibi placuit qđ sufficit.vt.§.sed qđ prin
cipi.insti.de iur.natu.⁊ per Phūm.v.
ethi. Hec dixi submittēs me determina-
tioni sancte matris ecclesie. Aut q̄rimus
circa ea que iam sunt per ecclesiā decisa:
⁊ tunc legatꝰ sedis aplice est cōpotēs in
dex vt.c.vt cōmissi.de here.li.vi. Item
ep̄us poterit iudicare de questione fidei
⁊ cōtra hereticos procedere:⁊ etiā capi-
tulum sede vacante in.c.ad abolendā.de
here.in prin.⁊ etiā inquisitores per se-
dem apostolicā deputati.in.c.p hoc ⁊.c.
vt inquisitiōis.de here.li.vi.⁊ cle.i eodē
ti. Per hoc enī ꝙ papa deputat inqui-

sitores super heretica prauitate non videtur facultatem super his procedendi ordinariis tollere vt in dicto.c.per hoc. Ex quo infertur ꝙ per potestatem datã delegato ad vniuersitatem causarum nõ videtur etiã in illis causis abdicata potestas ab ordinario. hoc colligitur ex illo tex. iuncta glo. que vult ꝙ inquisitor heretice prauitatis dicitur esse delegatꝰ ad vniuersitatem causarũ. ex quo habes optimam limitationem ad .c. studuisti. de offi.le. vt nõ habeat locum in delegato ad vniuersitatem causarum. pro quo est glo. in dicto.c. per hoc. facit in simili qđ no. Bar. in.l.i.C. de offi. perfec.vr. vbi tenet ꝙ licet in ciuitate fiat vnꝰ officialis super dampnis datis vel super habundantia; nõ tamen propter hoc tollitur iurisdictio quam habet potestas qui habet vniuersalẽ iurisdictionẽ. pro quo bene facit tex. in dicta.l.i.⁊ in.l.fi. iuncta glo.C. de iuris.om.iu.⁊ glo. in.c. in galiarum.xv.q.ii. Hoc tamen limita verum esse quotiens vna iurisdictio subalternatur alteri vt in exemplo predicto. Si tamen ille specialis iudex esset superior generali: vt puta iudex deputatus per statutum super causis appellationũ ⁊ nullitatum: tunc generalis iudex non se intromittit de speciali. Idem etiam si non se habet tanquã superior sed tanquam differens specie: vt est iudex insinuationũ: C. de testa. consulta diualia. ita determinat Bal. in.l. vnica.ff. de offi. consu. Poterit etiam cognoscere de crimine heresis delegatus ab episcopo deputatus: aut a capitulo sede vacante vt in cle.i.§.i.⁊ in cle.ii. de here. Debet tamẽ talis inquisitor: ac etiam delegatus annum quadragesimum attingere vt est tex. in dicta cle. .ii. in prin. cum glo. ex quo limitatur.c. cum vicesimum de offi. deleg. Idem si sit delegatus a papa cum tex. dicte cle. generaliter loquatur. ¶ Sed an inquisitor possit cõmittere vices suas. Solutio glo. in dicta cle.ii. arguit pro ⁊ contra. Finaliter tenet quod sic per illum tex. ⁊ per tex. in cle.i.§. porro.eo.ti.⁊ hanc opinionem tenet cõmuniter doctores. Sed dubium est de vicario generali episcopi aut capituli sede vacante. ⁊ dicẽdum est secũdum Lapum ⁊ Io. de ymo: in dicta cle.i. de here. quod non poterit sine speciali cõmissione episcopi de hoc crimine cognoscere per tex. in.c. licet de offi. vica. li.vi. Est aũt tam lata istorum potestas quod contra quoscunqꝫ etiam quantũcunqꝫ exẽptos poterunt procedere ⁊ eos de hoc crimine condẽpnare: nõ obstante quocunqꝫ priuilegio exẽptionis vt in.c. ad abolendam.§.fi. de here. Fallit tamẽ hoc in episcopis contra quos procedere nõ possunt ĩquisitores: nisi expresse hoc sibi cõmittatur. vt in.c. inquisitores.eo. ti.li.vi. Debent tamẽ nunciare Romano põtifici si illi de hoc crimĩe ĩfamati siue suspecti existãt vt dicit ibi tex. Crederẽ tamẽ ꝙ vbi essẽt suspecti đ fuga. carcerari possẽt vt ad papã remitterẽt: vt in.§. audiẽt. in aut. de defẽso. ciui. coll.iii. Ad quod faciũt not. per Bar. in.l. magistratibus.ff. de iuris.om.iu. ¶ Sed quero iuxta hoc an ille tex. procedat tantuꝫ in inquisitoribus; an etiam locum sibi vendicet in ordinarijs de hoc crimine inquirentibus. Ego putarem quod tantũ in inquisitoribus locum habeat; nõ enĩ debet extendi ad episcopũ aut ad capitulum sede vacante: cum de ipsis non loquatur: nec per hoc quod sint episcopi qui heresim incurrunt effugiunt iurisdictionem episcopi. in cuius territorio delinquũt. Pro quo est glo. in.c. ibi enĩ iii.q.vi.⁊ in.c.i. de rap.⁊ per Inno in.c. cum inferior. de maio.⁊ obe. ¶ Vlterius iuxta idem querit: an episcopus possit procedere contra inquisitorem: si heresim incurrat. Lapus Abb. in dicto.c. inquisitores: dicit ꝙ nõ: durante officio nisi crimen esset adeo notorium ꝙ nõ requireretur cause cognitio. de fil. presbi. q̃si. Idem sequitur ibi Domi. hec opinio posset etiam iustificari per ea q̃ not. Bar. in.l.fi.ff. de re. diui. vbi tenet ꝙ si duo sint domini insolidum alicuius castri ⁊ vnus delinquat: non poterit puniri a cõdomino quia nõ habet in eum iurisdictionem. Nam par in parem nõ habet imperiũ de elec.i.c. inotuit. Sed hoc nõ obstante ego crederẽ indistincte posse

dici ꝙ possit contra eum super huiusmodi crimine procedere: cum istud sit delictum per quod perditur iurisdictio ipso iure. Pro quo faciunt not. in predicta materia per Bar. in. l. qui iurisdictioni ff. de iurisdi. om. iudi. in additi. ⁊ ponit exemplum in crimine lese maiestatis. C. de digni. l. si gradatim. ⁊ l. quotiens. li. xii. C. de offi. rect. prouin. l. ii. vbi videt glo. eo etiā casu quo delinqueret in male procedēdo in officio: indubie posset eū punire: cum ordinarius delegatum apostolicum male se gerētem in causa sibi cōmissa punire possit: sic tamen vt ex hoc iurisdictio eius non impediatur: iuxta not. per doc. in. c. fi. de rescrip. ⁊ per Cy. ⁊ legistas in aut. qua in puincia. C. vbi de cri. agi. oportet. In processu autē super hoc crimine faciēdo episcopi ⁊ inquisitores apostolice sedis habent exhortationem a iure in virtute sancte obedientie: ⁊ sub intermīnatione maledictionis eterne vt cōtra suspectos vel diffamatos de huiusmodi prauitate: districte ⁊ prōpte procedant. sic tamen ꝙ maliciose ⁊ fraudulenter hoc nefandum crimē falso alicui non imponāt. ꝙ si odij gratie vel amoris: lucri aut cōmodi tēporalis obtentu contra iusticiam ⁊ conscientiam suam omisserint contra quemquam procedere vbi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate: Aut obtentu eodem prauitatem ipsam alicui imposuerint ac eū super hoc presūpserint quoquo modo vexare: preter alias penas pro qualitate culpe eis imponēdas. Episcopus aūt superior suspensionis ab officio per triennium. Alij vero excōmunicationis sententia eo ipso incurrat a qua quidē excommunicatiōis sniā q̄ eā icurrerint: nō nisi p summū pontificē poterunt: preterquā in mortis articulo. ⁊ tunc satisfactione premissa obsolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte priuilegio suffragante. De quo est tex. in cle. i. §. verū. de here. Insuper si quis episcop' in expurgando hereses de sua diocesi negligens fuerit vel remissus cum id certis indicijs apparuerit: deponēdus est ab officio episcopali: ⁊ in locum ipius alter substituēdus est: qui velit ⁊ possit hereticam confundere prauitatem. de heret. excōmunicamus. in. fi. Ex quo manifeste apparet quam damnabiliter ⁊ cum quanto animarum suarum periculo episcopi ⁊ alij ad quos huiusmodi inquisitio spectat tam detestādum facinus persequi ac punire omittant.











Inferiores aūt prelati de hoc crimine se intromittere nequeunt: cū superioribus prefatis sit reseruatū vt prediximus. Potestates aūt siue domini temporales ac eorū officiales de hoc crimine cum sit mere ecclesiasticum se intromittere nequeunt: vt de eo cognoscāt aut iudicent aut incarceratos ab episcopo ⁊ inquisitore a carcere liberent. executionem tamen super hoc crimine fiendā sibi a iudicibus ecclesiasticis predictis iniunctam ad implere nō detractent: aut eorum iudicium seu sentētiam directe vel indirecte ipedire quoquo modo nō presumant. Si quis vero de prefatis secularibus iudicibus contra predicta fecerit: aut prefatis episcopo ⁊ inquisitorib' in predicto fidei negocio se opposuerit: siue illud quouis modo ipediuerit: ⁊ qui scienter in predictis dederint auxilium: cōsiliū: vel fauorē. excōmunicatiōis sentētiā incurrat ipso iure quam si per annū animo sustinuerit indurato ex tunc velut hereticus condempnetur. c. vt inquisitiōis §. fi. de here. li. vi.

Questio octaua.

Octauo quero de ordine: qui debet teneri p iudices in procedendo contra hereticos. Ad quod dicendum ꝙ in primis clerum ⁊ populum cōuocabunt exponendo eis inquisitionē quam facere intendunt. Auxilium quoq; ⁊ consilium ⁊ fauorem ab ipsis petēt. c. vt cōmissi. in. §. i. de here. li. vi. ⁊ solent inquisitores primo ire ad episcopum loci vel vicarium ⁊ ostendere eis facultatem ⁊ auctoritatem suam: ⁊ rogare ꝙ congreget clerum. quo congregato ostēdunt eis litteras ⁊ facultatem predictas: sermonem faciunt ⁊ eorum auxilium ⁊ fauores postulant. Postea simile faciunt cū po-

testate siue correctore ciuitatis ⁊ cōcilio
siue in hispania loquantur consistorio.
deinde cōuocant totam contionem po-
puli: ⁊ habito sermone ad populū idem
faciunt vt prediximus. Postea interpo
sitim inquisitor facit sermones ad popu
lum de fide. Et cōueniens est ꝙ ad min⁹
due monitiones premittantur cōtra om
nes hereticos: vt relictis erroribus suis
ad fidem catholicam reuertantur: ⁊ ad
ecclesie gremium redeant: que tanquam
pia mater nō claudit gremium redeunti
vt. c. super eo. de here. li. vi. Et pro hijs
monitionib⁹ satisfacit auctoritas Apo-
stoli ad Titum. iii. vbi dicit hereticū ho
minem post vnam ⁊ secundum admoniti
onem de vita. ad idem. xxiiii. q. i. que di-
gnior. ⁊. q. iii. dixit apostolus. Inquisi-
tores etiam ⁊ habūdanti. cōsueuerūt ad
dere tertiam monitionem vt magis pro
cessus suos videātur iustificare. In qui-
bus monitionibus quarum singule de-
cem dies cōtinent monent eos ad cōuer-
sionem: ⁊ reuertentibus promittunt be-
nignam misericordiam. Quibus pactis
procedendū est ad inquisitionē: recipiē-
do in vnaquaqꝫ parrochia iuramentuꝫ
a rectore parrochiali: ⁊ ab alijs probis
⁊ honestis viris. ⁊ si illi deponāt aliquos
de parrochia fore hereticos: aut diffa-
matos siue suspectos: cōsueuerunt secre
to eos coram se vocare ⁊ secreto ad con-
uersionē monere. ⁊ vbi nec sic voluerint:
proceditur contra eos secundū formam
iuris: qui processus determinatur aper
te per tex. in cle. i. §. i. de heret. vbi tex. di
cit ꝙ procedendū est per diocesanos epi
scopus ⁊ per inquisitores a sede aposto
lica deputatos simul cōuenientes. Sūt
tamē quedā que possunt vnus sine alio
agere: vtpote citare arrestare: seu capere
ac carceri mancipare. etiā ponendo in cō
pedibus vel manicis ferreis prout secū
dum deum viderit expedire. Poterit eti
am inquirere quisqꝫ predictorū sine al-
tero cōtra illos de quibus viderit inqui
rendum. duro tamē carceri mancipare si
ue arto qui magis ad penā quā ad custo
diam videatur: aut tormentis suppone
re eos cōtra quos proceditur: aut diffi-
nitiuā sententiā ferre cōtra eos nō pote
rit episcopus sine inquisitore: aut inqui
sitor sine epō: aut eius vel capituli sedē
vacante super hoc delegato. qđ tamē in-
tellige dūmodo ad inuicem copiā habe-
re valeant infra octo dierum spaciū post
quā inuicem se requisiuerint. Si aūt cō
uenire non potuerint propter premissa
tunc inquisitor ordinario: vel ecōtra or-
dinarius inquisitori poterit super pre-
missis cōmittere vices suas: vel per litte
ras significare eidē suum consilium vel
assensum vt dicit ibi tex. ⁊ vt cum maiori
puritate ⁊ integritate res agatur. Inhi
bitum est inquisitoribus ⁊ tam ipsorum
ꝙ epozū a capitulorū sede vacante dele
gatis siue cōmissarijs: ne pretextu inqui
sitionis officij quibusuis modis illicitis
ab aliquib⁹ pecuniā extorqueant: ⁊ si se-
cus fecerint eo ipso sentētiā excōmunica-
tionis incurrūt. a qua nō possunt absol
ui preterquā in mortis articulo: donec
plenariā satisfactionē fecerint hijs a qui
bus extorserūt. a qua satisfactiōe nullis
pactis aut priuilegijs aut remissiōibus
poterunt liberari. ⁊ ne hoc latere possit:
notarij ⁊ officiales dicti officij nec nō fra
tres ⁊ socij inquisitorū ipsorū ⁊ cōmissari
orū qui dictos inquisitores aut cōmissa
rios secrete predicta nouerint cōmisisse.
si indignationē dei ⁊ sedis aplice offensā
voluerint euitare: grauiter ipsos arguere
⁊ corrigere studeāt in secreto. ꝙ si taliter
ea sciuerint vt probare valeant prelatis
inquisitorū ⁊ cōmissariorū eorundē stu-
deant nūciare. vt in cle. ii. eo. ti. Pōdera
tamē illū tex. qui nō loqtur de epis. vnde
licet ipsi ab hijs debeant abstinere. nō tñ
pena pdicta haberet locū in illis cū non
sit expressum. volunt eni dignitati eorūꝫ
deferre. vt in. c. sane. io. ii. de offi. deleg. ⁊
in. c. ii. eo. ti. li. vi. ita tenet glo. in dicta
cle. ii. quā sequūtur ibi communiter docto
res. Epus tamē nō debet aliqđ habere
propter inquisitionē nec partē aliquam
de deputatis inquisitionis officio vt pa
tet in extrauagan. Bon. ex eo. §. pe. ita
tenet Io. an. in c. fi. §. i. de here. li. vi. Cō
sidera etiā circa idē ꝙ tex. ille pſhibet illi
citas extorsiones: nō tamē per hoc tollit

penas pecuniarias: applicandas officio imponi et exigi secundum glo. ibi circa quod dicit Math. quod bene possunt in culpaтis de hoc crimine imponi penitentie in pecunia pro pauperibus: vel alijs pijs operibus vt. c. accusatus. §. de questionibus. et. §. si vero. de hereti. li. vi. Refert etiã fratrem aluarum hispanum tenuisse q̃ hanc multam pecuniariam inquisitores imponunt quotiens aliqui proferũt verba heretica: aut ludendo: aut ex ira: aut ex fatua simplicitate et ignorantia q̃ tamen excusationem non habet. Et hijs casibus et similibus possunt pecunialiter puniri. Nam et ecclesia hoc facit. xxiii di. quamquã. de iude. ad liberandã de rapto. in archiepiscopatu. Item inquisitores possunt hereticis cõuersis penas nota comutare vel minorare in. c. vt comissi. de here. li. vi. Nam et alias iudex ex certis causis minorat penam. ff. de penis. aut facta. §. fi. Item pro hoc facit littera dicte cle. ii. a contrario. per hoc enĩ quod dicit q̃ modis illicitis nõ possunt extorquere pecuniam ergo licitis sic. de presump. pone. xxv. di. qualis. ff. de iudi. cũ pretor. Item quia dicta cle. ponit verbum extorqueant quod sonat in vitium violentie vel fraudis ergo secus si iuste cõdempnent: sed caueant secundum eum ne imbursent quia reputaretur extorsio: sed dent pauperibus vel applicent officio inquisitionis. in cle. statutum de elec. de presump. litteras de offi. ordi. dilectus. Idem per oĩa sequitur do. Cardi. in dicta cle. ii. et in cle. ad nostrũ. in fi. co. ti. ¶ Sed q̃ro vtrum circa predicta: vtrum inquisitores possint nota recipere modica exẽnia que consistunt in esculentis et poculentis mera liberalitate oblatis que paucis possunt consumi diebus et veritas huius questionis pendet ab illa. An alij iudices possint ista recipere. In quo sunt varietas inter doctores. nã glo. in. l. plebiscito. ff. de offi. p̃si. tenuit q̃ licet olim illud licitum esset per dictam. l. et per. l. solent. ff. de offi. precõsu. tamen hodie illud est inmutatũ per iura noua et correctum. Sed Bar. in dicta. l. plebiscito. post Guil. tenet opinionem cõtrariam. Sed in aut. vt iudi. sine quoquo suffra. §. scriptum. tenet opi. dicte glo. quod etiam tenet glo. in dicto. §: et dicit q̃ lex plebiscito et alia iura q̃ innuunt cõtrarium possent habere locum in defectum sui salarij. et tũc etiam modeste et a sponte dãtibus vt innuit tex. in dicto. §. et glo. in dicta. l. plebiscito. Predicta dicit fore vera in iudice ordinario. sed iudex delegatus ĩdistincte potest secundum eum accipere esculentum et poculentum quod paucis consumi possit diebus: dũmodo mera liberalitate sit oblatum. vt. c. statutũ. §. ĩsuper. de rescrip. li. vi. Et istam opi. sequitur Bal. in dicta. l. solent. licet nõ ita plene distinguat: et opi. istorũ doctorũ satis est conformis legibus ordi. hispanie: q̃ indistincte prohibent iudicibus ne aliquid a partibus recipiant. Adiungit tamen Bal. ibi q̃ pro quibusdam minimis nõ offenditur lex vt pro vno pari fasianorũ vel pro duabus fialis maluasie. ff. de condi. et demon. l. quãuis. quia pro tam paruo iudicis animus nõ flectitur. Ad quod etiam ego induco tex. c. et si questiões. de simo. vbi pro modico voluntarie oblato in collatione rei spiritualis nõ cõmittitur simonia: licet in spiritualibus omnis traditio et promissio cessare debeat. Ad de glo. not. xi. q. iii. nõ licet. Ex quibus infertur ad decisionem questionis proposite: q̃ cum inquisitoribus et cõmissarijs sint deputati redditus officij: et sic in eis militet ea ratio que in ordinario: presertim quia cum sint delegati ad vniuersitatem causarum. vt not. in. c. per hoc. de here. li. vi. naturã ordinariam sapiunt secundum glo. de appel. cũ causam. Idem in eis quod in ordinarijs erit dicendũ. ¶ Altera q̃ro circa p̃missa in quo territorio sit hereticus de hoc crimine cõueniendus. Ad hoc respõdetur per tex. in. c. vt cõmissi. §. i. de here. li. vi. q̃ in loco vbi heresim incurrit etiã si ad aliã iurisdictionẽ se conferat. Sed an in loco illo ad quẽ se transtulit poterit cõueniri. Dic q̃ sic. vt dicit ibi glo. cũ etiam ibidẽ censeatur delinquere heresim illã retinendo. facit in simili quod not. Bart. in. l. si dominiũ. ff. de fur. et. l. si abducta. C. e. et. l. sed nec legatarius. ff.

de condi. furti. vbi tenet ꝙ si aliquis fe-
cit furtum Florentie ⁊ reperitur Paru-
sii cum re subtracta poterit ibi conueni-
ri. s. Parusii: Nam sicut mutatione domi-
nii nascitur noua actio furti ad penam
applicandā parti sic mutatione territo-
rii ⁊ iurisdictionis noua nascitur actio
siue accusatio furti ad vindictam publi-
cam per dictam. l. si dominium.

Questio nona.

N Ono quero: cōtra quos pos-
sit procedi obtentu hui⁹ cri-
minis. Dicēdum est ꝙ contra hereticos
credentes fautores ⁊ receptatores eorū
vt in. c. vt officium. in prin. ⁊. c. vt inquisi-
tionis in prin. de here. li. vi. Qui aūt di-
cantur heretici determinat tex. in. c. ad
abolendā. in prin. co. ti. in volumine. De
quo tamen vide que late scripsi supra in
primo mēbro. Inter ceteros aūt ille qui
diceret pertinaciter ꝙ exercere vsuras non
est peccatū: hereticus iudicaretur in cle.
vnica. §. pe. de vsur. Item qui propter cō-
tumaciam in causa heresis excōmunicat⁹
si per annum in excōmunicatione persi-
stat: est velut hereticus cōdempnandus
in. c. cum cōtumacia. de here. li. vi. Et ne-
dum contra hereticos procedi potest: ve-
rumetiam cōtra suspectos ⁊ infamatos
de heresi. vt in dicto. c. vt officiū in prin.
⁊ de huiusmodi suspitione est exemplum
in casu. c. fi. de penis. contra illū qui diu
in excōmunicatione etiam pro qualicun-
q̧ causa inflicta perseuerauit ⁊ in simi-
libus. De sortilegiis vero ⁊ diuinationi-
bus nō se poterunt inquisitores intro-
mittere: nisi heresim sapiant manifeste.
vt. c. accusatus. §. sane. de here. li. vi. Ex
hiis infertur ad questionē. Quidā fra-
ter professus exiuit ordinē ⁊ accepit vxo-
rem: An inquisitor heretice prauitatis
possit de hoc cognoscere. Hueri. in. l. in.
C. de sum. tri. distinguebat: quia aut ac-
cepit eam clam ⁊ presumitur dolose hoc
fecisse ⁊ nō per errorē: ⁊ sic contra eū nō
poterit procedere. Aut accepit palam: ⁊
eo casu nō presumitur in dolo sʒ erronee
hoc fecisse: putās sibi licere ⁊ qđ erret in

fide: ⁊ sic cognitio pertinebit ad inquisi-
torem. Idem sequitur Panor. in. c. cum
quidā. de iure. iurā. ⁊ i suo cōsilio. lxviii.
Infert etiā ad aliā questionē. An inqui-
sitor heretice prauitatis possit procede-
re cōtra illum qui binas nuptias contra-
xit itaq̧ viuente prima vxore duxit secū-
dam: ⁊ Lapus abbas in dicto. §. sane: di-
cit qđ fuit cōsultum qđ sic: quia videtur
cōmittere cōtra vnū de sacramētis eccle-
sie: ⁊ per cōsequēs hereticus est habēd⁹
de here. ad abolendā in prin. Idem seq-
tur ibi Dominic⁹: sed ego distinguerem
vt supra proxima questione: An scʒ clam
vel palā illud fecerit: ⁊ per hoc poteris
ad multa similia respōdere. ¶ Vlteri-
us q̄ro circa p̄missa: an inquisitores pre-
fati p̄cedere possint cōtra diuinatores ⁊
sortilegos. Ad hoc dicendū est ꝙ nō: nisi
heresim sapiāt manifestā vt predixim⁹:
quādo aūt dicant sapere heresim: est sa-
tis difficile diffinire. Sed Oldra. cōsil.
cc. volēs hoc determinare dicit: ꝙ si q̄s
per inuocationē demonis vult aliqđ fu-
turum scire: hoc heresim sapit manifeste
q2 vult demoni attribuere qđ soli deo ē
reseruatū. iuxta illud Isaye. xli. Annun-
ciare nobis q̄ futura sunt ⁊ dicem⁹ quia
dii estis vos. Idē tenet Jo. an. in addi.
ad specu. ti. de sortile. ⁊ hoc casu potest i-
telligi tex. xxvi. q. v. epi in prin. vbi predi-
dictos appellat hereticos. Nō tamē ego
crederē hoc esse verū sic simpliciter loquē-
do. Sed pro veritate huius cōsiderādū
est: q2 futura dupliciter cognosci possūt
Vno quidem mō in suis causis. Alio mō
in se ipsis. Cause aūt futurorū tripliciter
se habēt. Quedā enī producūt ex necessi-
tate ⁊ semper suos effectus: ⁊ huiusmodi
effectus futuri per certitudinē prenosci ⁊
prenunciari possunt. ex cōsideratione su-
arum causarū: sicut astrologi prenunci-
ant eclipses futuras. Quedā vero cause
producūt suos effectus nō ex necessitate
⁊ semp sed vt in pluribus raro tamē de-
ficiunt: ⁊ per huiusmodi causas possunt
precognosci effectus futuri: nō quidē per
certitudinē sed per quādā cōiecturā: Si-
cut astrologi per cōsiderationē stellarū
quedā prenoscere ⁊ prenunciare possunt

de pluuijs ⁊ siccitatibus: ⁊ medici de sanitate vel morte. Quedā vero cause sūt que si scdm̄ se considerent̄ habent se ad vtrumlibet: qđ precipue videtur de potentijs rationabilibꝰ que se habēt ad opposita scdm̄ Phūm: ⁊ tales effectus vel etiam: si qui effectus vt in paucioribꝰ casu accidunt ex naturalibus causis per cōsiderationē causarū prenosci nō possunt nisi in seipis cōsiderentur. homines aūt huiusmodi effectus in seipis solum cōsiderare possunt dum sunt presentes: sicut cum homo videt sortē currere vel ambulare. Sed cōsiderare huiusmodi anteq̄ꝫ fiāt est propriū dei: qui solus in sua eternitate videt ea que futura sunt tanquaꝫ presentia: ⁊ de hoc intelligit̄ preinducta auctoritas Ysaie. Annunciate nobis ⁊ cetera. Si q̄s vero huiusmodi futura prenoscere aut prenunciare quoquo modo presumpserit: nisi deo reuelāte manifeste vsurpat sibi qđ dei est. Hec ponit sanctꝰ Tho. scda scde. q. xcv. ar. i. de quo etiā videe eundē scda scde. q. clxxii. arti. i. cū agit de prophetia: ⁊ in summa cōtra gentiles li. iii. ca. cliiii. vbi subiungit ꝙ maligni spūs veritatē fidei corrūpere molientes: Sicut abutuntur operatione miraculoꝝ vt errorem inducāt hoībus ⁊ argumētū vere fidei debilitent: nō tamē vere miracula faciendo: sed ea que hoībus miraculosa apparēt ita etiā abutunt̄ prophetica prenunciatione: nō quidem vere prophetando sed prenunciādo aliqua scdm̄ ordinē causarū huiusmodi occultarū: vt videātur futura prenoscere in seipis qđ hoībꝰ persuadēt qui occultas rerū causas nō cognoscunt. Predicti siquidē spiritus subtilitate intellectus sui: magis possunt cognoscere quā hoīes: quō ⁊ qualiter effectus naturalium causarū impediri potest ⁊ causas effectus aliquos occulte producēres: ⁊ ideo in prenunciādo futura: mirabiliores ⁊ veratiores appārent q̄ꝫ hoīes quantūcunq̄ꝫ scientes: hec ille. pro quibus allego bonū tex. xxvi. q. v. sciendū. vnde quidā astrologi qui homines diuinos se gētibus ostētare volūt cū videant ꝙ per principia illius sciētie de futuris actibus hoīum qui ex arbitrij

libertate procedūt aliqđ certū seu firmū determinare nō valent: cū enī intellectus aut ratio nō est corpus nec actus organi corporei: ⁊ per cōsequens nec voluntas q̄ est in ratione vt patet per Phūm. iii. de aīa. Nullum aūt corpus potest imprimere in rem incorporeā: ex quo seq̄tur ꝙ īpossibile est corpora celestia directe imprimere in intellectū ⁊ voluntatē: sed tm̄ indirecte in quibusdā bestialibꝰ hoībus qui rationē ⁊ intellectū subiciunt appetitui sensitiuo: huiusmodi vani hoīes ⁊ insani recurrunt ad demones: a quibus per quedā occulta pacta multa de futuris intelligunt. Unde Augustinus scdo sup gene. ad litterā dicit fatendū est qñ a mathematicis vera dicuntur instinctu quodā occultissimo dici qđ nesciētes humane mentes patiuntur. qđ tamē ad decipiendos hoīes fit: spirituū immundorū ⁊ seductorū operatione: qui quedā vera de tēporalibus rebus nosse permittunt̄. Unde concludit. Quapropter bono xp̄iano siue mathematici siue quilibet īpie diuinantiū ⁊ maxime dicentes vera: cauendi sunt ne cōsortio demoniorū animam deceptā pacto quodā societatis irretiāt: ⁊ pondera illud qđ Augustinus dicit illos diuinantes qui vera dicunt: maxime fore vitandos. Demon enī qui intendit perditionem hoīum. ⁊ iuxta apl̄i Petri vocem: Tanquā leo rugiens circuit querens quem deuoret: Sepissime in suis responsis vera dicit: vt hoīes assuefaciat ad hoc vt ei credatur. Unde Athanasius exponēs illud qđ habetur Luce. iiii. increpauit illum dicens. Obmutesce dicit quamuis vera fateretur demon: cōpescebat tamen xp̄us eius sermonem ne simul cum veritate etiam suam iniquitatē promulget: vt nos etiam assuefaciat ne curemus de talibus: etiam si vera loqui videantur. Nephas enī est vt cum assit nobis scriptura diuina: a diabulo instruamur. Interdum etiaꝫ deus permittit ea que a demonibus predicuntur euenire: vt ipi qui hoc audiunt ⁊ vident probent̄ ⁊ appareat quali fide sunt vel deuotiōe erga deū. sicut in deutero. legitur: Moyses ex p̄cepto domini populo precepisse

dicens. Si surrexerit in medio tui propheta. aut qui dicat somnium se vidisse et predixerit signum atq; portentum. et venerit qd locutus est. non audies verba prophete aut somniatoris. quia tēptat vos dominus deus vester. vt palam fiat vtrum diligatis eum an nō. in. c. nec mirum. xxvi. q. v. qui est tex. Augu. Similiter quoq; demones se habent in operationibus. Operantur eni quedā scdm ordinem naturalem. cum propter subtilitatem ingenii sui. naturas rerum occultas sciant que hoibus propter grossiciem ingenii miraculosa videntur. eo qd illoruz causas nō attingunt. nō tamē demones preter nature ordinem quicquā efficere possunt. de quo optimus tex. Augustini in dicto. c. nec mirum. Quibus premissis quo ad questionē propositā videtur dicendum. qd si quis inuocās demones vel sortilegia aut diuinationes exercēs. credit demones aliqua de futuris scire. ad quorum cognitionē non pertingunt. aut in operabilibus credit eorum virtutem ad aliqua se extendere. ad que secundum rei veritatem se nō extendit. huiusmodi error cum pertinacia heresim induceret. Et sic itelligo tex. in dicto. c. epi. ad qd etiam bonus tex. ea. causa. q. vii. non obseruetis. qd satis aperte dominꝰ insinuare voluit deutero. xviii. vbi iter abhominationes gentilium predicta maleficia et sortilegia cōnumerauit. Si vero ista credulitas falsa cessaret: licet res sit valde illicita: nō tamen heresim saperet: cū discessum a fide nō haberet in quo ratio heresis consistit: vt ex superioribus patet. Ex quibus manifeste deprehenditur ꝙ magnū inster periculuz hiis qui ad has vanitates et insanias falsas se cōuertūt. Ex huiusmodi etiā dampnāda cum demonibus societate detestabile ydolatrie scelus sepissime incurritur. Demon eni superbie caput: summope ab hoibꝰ adorari desiderat: vt patz Mathei. iiii. Vn de quibusdā audissime hiis vanitatibꝰ deditis: taliter persuadet: et talibus modis eos allicit vt sacrificiū vel reuerentiā ei exhibeant. Contra quos dicit Ysaie xxviii. dixistis percussimus fedus cū morte: et cū inferno fecimus pactū. et in summa. qui talibus sociis se inmiscet nō valet illesus euadere. Vlterius quero: an inquisitores prefati possint procedere contra iudeos: qui inducunt xpianos ad eoruz ritum. aut eos defendunt: occultant: et fouent in dictis erroribus. et dicendū est ꝙ sic. scdm Oldra. consi. xxxvi. Idem tenet Jo. an. in. c. contra xpianos. de here. li. vi. in noul. qd dicit ex extrauag. Grego. et Clemē. clare patere. que quidē extrauag. reseruate sunt in suo vigore per. c. fi. in prin. eo. ti. et li.

Questio decima.

Decimo quero: quibus modis procedi possit contra hereticos ad puniendū eos de heresi. Ad qd dicendū ꝙ tribus modis. scilicet accusando: inquirendo: et denunciando. addo et quartum scilicet per viam notorii. De primis tribus est tex. de accu. super hiis in prin. et. c. licet heli. de simo. De vltimo est textus in dicto. c. licet heli. Pro euidētia primi aduerte ꝙ et si accusationis genus illaudabilis intētionis esse dicatur. vt in. c. si quis eps. ii. q. vii. de quo per glo. ii. q. vi. c. decreto. Illud tamē debet intelligi quo ad vulgi opinionē: alias eni presumitur quis bono zelo accusare de dol. et contu. veritatis. Ex charitate eni debet accusatio prouenire de accu. si quis epus. et nō zelo vindicte priuate aut odii personalis eo. ti. accusasti. et qui accusat: publice salutis custodiam gerit. L. de famo. libel. l. vna. Pro quo vide bonā glo. in dicto. c. si quis eps. ii. q. vii. et si in omni crimine hoc procedat: a forti ori in huiusmodi crimine heresis quod grauissimū est vt ex superioribꝰ patet. cū etiam in opprobrium dei cedat: cuiꝰ opprobria dissimulare non debemus: qr ipe nostra deleuit. vt in. c. in non nullis. de iude. Et licet regulariter laicus clericum accusare non possit vt. c. i. et. ii. et quasi per totum. ii. q. vii. et de accu. c. cum. p. Tamē fallit hoc in crimine heresis vt voluit glo. ii. q. vii. in sum. Est et aliud speciale in hoc qd regulariter nō potest rece

di ab obedientia prelati instituta accusa
tione aut iudicio cōtra illum.viii. q.iiii.
noue. Fallit tamē in hoc crimine:nā etiā
ante institutā accusationē recedi potest a
plato heretico: iuxta glo.c. sacerdos.ii.
q.vii.τ.c.cum nō liceat.de prescrip. Est
etiam τ aliud: ꝙ quāquam in aliis crimi
nibus accusator in publicum prodire de
beat.iii.q.ix.c.non oportet.τ.c.habetur
τ inscriptionē facere vt.l.libellorū.ff. de
accusa.τ.l.q̄.crimē.C.q̄ accusare nō pñt
τ.l.pe.C.de.accu.τ.c.super hiis.e.ti.τ
c.licet heli.de simo.τ simile carceria cu-
stodiaz subire.C.ea.l.fi. Speciale tamē
est in hoc crimine ꝙ vbi propter potentiā
personarū contra quas proceditur:vide
aut epa vel inquisitores graue periculu
iminere:si cōtingat fieri publicationem
nominū eorum qui accusant: procedi po
terit eorum nominibus sub secreto serua
tis vt in.c.fi.§.iubem⁹ de here.li.vi.serua
ta forma illius.c.adde etiam ꝙ heretic⁹
hereticum accusare potest.ii.q.vii.si here
ticus.τ per glo.xxiii.q.iiii.ipsa pietas.
quod in hoc crimine speciale est:cum ali
as regulariter criminosus criminosum
accusare nō possit.iii.q.vii.c. qui sine. τ
c.pastoralis.τ de accu.c.i. Quo autē ad
inquisitionis ordinem si specialiter con
tra aliquem infamatum de hoc crimine
procedatur:procedendū est iuxta formā
c.qualiter.lo.ii.§.debet de accu. Si aūt
generalis inquisitio fiat in ciuitate vel
diocesi:tūc ex testibus in illa generali in
quisitione examinatis:etiā si sufficiēter
contra aliquē deponāt:nō poterit ille cō
demnari: sed oportet ꝙ eo nominatim
vocato τ data sibi copia defensionis con
tra eum procedatur.τ iterum probatio
nes sufficientes fiant vt voluit Inno.de
elec.bone.lo.i.τ spec.ti.de no.cri.ī prin.
ymo ex talib⁹ probati.in generali inqui
sitione habitis:adhuc ad torturam non
posset pcedi:iuxta doctrinaz Bar.in.l.i.
fi.ff.de questio. Quantū aūt ad denunci
ationē:dicendū est ꝙ precedere debet euā
gelica monitio:iuxta illud euangelii. Si
peccauerit ī te frater tuus τ cetē.ii.q.i.
si peccauerit de iudi.nouit.τ qui hāc mo
nitionem non premitteret a denunciatio

ne repelleretur.de accu.c.ii.τ.c.qualiter
lo.ii.τ.c.super hiis.hoc tamen limita ve
rum cum peccatum esset occultum secus
aūt si publicum: Nam eo casu premoni-
tio non requiritur: secundū illud apostō
li.i.Thi.v. Peccantem corā oībus ar
gue vt ceteri timorem habeant.quod in
telligit de peccatis publicis vt dicit Au
gusti.in li.de verbis domini. Item in he
resi occulta vbi posset iminere periculū
in dilatione:vt quia est aliquis heretic⁹
occultus qui priuatim homines a fide a
uertit.Aut fit tractatus occultus quō ci
uitas tradatur hostibus quod etiam ce
lerrimum ex optat remedium. His casi
bus alio etiam non expectato:statim pro
cedēdum est ad denunciationem:nisi for
te aliqs firmiter estimaret ꝙ statim per
secretam admonitionem huiusmodi ma
la posset impedire:vt dicit sanct⁹ Tho.
scda scdē.q.xxxiii.arti. vii.τ.iiii. senten.
di.xix. Generale tamen est in oībus de-
nunciationib⁹: ꝙ si crimen est adeo occul
tissimum ꝙ nequeat probari:non habet
locum huius denunciatio:in tantum qꝺ
etiam si prelatus contrarium mandaret
non esset sibi in hoc obediendum:cuz sit
contra preceptuz domini.qui delicta fra
trum occulta noluit reuelari.ymo eo ca-
su peccaret precipiens τ obediens. Obe
dire enim oportet deo magis quam ho-
minibus.iuxta illud actuum.v.τ si gene
raliter prelatus preciperet vt si dicatur
quod quis sciuerit corrigendum. Intel-
ligendum est sane illud preceptum.scili-
cet saluo ordine iuris τ fraterne correcti
onis.quia tamen medicus corporalis sa
nitate egroto confert si potest sine alicu
ius membri abscisione. Si autem nō po
test.abscindit membrum minus necessa-
rium.vt vita totius conseruetur. Sic τ
medicus spiritualis agere debet.si enim
potest emendare fratrem quantum ad cō
scientiam salua fama τ illesa.illud faci-
at vt predictū est.si tamē hoc nō pōt.tūc
qꝛ cōscientia preferenda est fame. voluit
dñs vt etiā cū dispendio fame cōscia fra
tris ꝑ publicā denūciationē a peccō libe-
ret.vbi tñ de occultis aliq̄ indicia appa
rent.puta per ifamiā vel ꝑ alias suspiti

ones posset prelatus precipere ista sibi reuelari eo modo sicut ⁊ iudex inquirit cōtra infamatum: quia iam illud non est oīno occultū: nec ab hoc deuiat id quod in capitulis religiosorū fit: vbi etiā sine aliqua preambula monitione denunciatur secreta proximi delicta. Nā illa sūt de aliquibus leuibus qu efame nō derogant: ⁊ si essent talia de quibus frater infamaretur cōtra preceptum domini faceret: qui per hunc modum peccatū fratris publicaret. qđ est intelligendū modo predicto. ista sunt de mēte sancti Tho. scđa scđe. q. xxxiii. arti. vii. ⁊ iiii. sen. di. xix. tenet idem dicens etiam in peccato oīno occulto regulam euangelij locum habere. ⁊ inducit qđ Augu. in regula dicit. Innocentes nō estis si fratres vestros quos iudicando corrigere potestis tacendo perire permittatis. nec ex hoc aliquis efficitur proditor criminis: quia non manifestat crimen ad infamandū sed ad corrigēdum. Sed Jo. an. in. c. nouit. de iudi. tenet ꝙ in peccato oīno occulto taliter ꝙ probari nō potest nō habeat locum hec denunciatio. talia enī oīno occulta diuino iudicio sunt relinquēda. vi. q. i. si oia. ⁊ hoc videt voluisse glo. in dicto. c. si peccauerit. Sed Panor. ibi dicit ꝙ stante hoc secreto: licet in publicum non debeat res produci. pro quo videtur mihi bonꝰ tex. in dicto. c. si peccauerit. ⁊ ibi glo. Debet tamē fieri diligens exhortatio ⁊ fraterna admonitio erga ipm in secreto: vt se emēdet. vt dicit ibi tex. ⁊ adhuc si oporteret poterit hoc significare presbytero suo aut prelato in secreto: qui monēdo ⁊ orando poterit prodesse ⁊ non obesse. Pro quo bo. tex. xxii. q. v. hoc videtur. ⁊ quia sanctus Tho. tenuit cōtrarium vbi supra: ad motiua sua stat responsio: qđ debent intelligi modo predicto. ⁊ ad predicta multum facit tex. in cle. ii. de here. vbi probatur ꝙ delictum quod probari non potest non debet iudici denunciari. Ad idem induco etiam tex. in. c. qualiter lo. i. de accu. in fi. vbi iudex qui generaliter inquirit super statu ecclesie nō debet ad occulta reuelanda astringere testes in inquisitione deponentes. Pertinet enī ad debitum charitatis crimen fratris celare de offi. ordi. si sacerdos. i. q. i. xp̄us quid fecit eo precipue: quia cum res eo modo est occultissima iudicialis auctoritas nil prodesse potest: cum nec probari omnibus iste cōuinci queat: nec subici torture vt inuitus confiteatur: ex quo indicia non precedunt. Et ex his infertur ad istas generales monitiones que fiunt in ecclesijs a iudicibus sub pena excōmunicationis: vt sciētes furta vel alia delicta huiusmodi debeat reuelare. per p̄dicta enim colligere poteris qualiter ille sint intelligēde: ⁊ quō: ⁊ ad quid astringant.

Undecima questio.

u Ndecimo quero de citatione hereticorū. Et pro huiꝰ euidentia est distinguendū quia aut querimus de citatione verbali. Aut de citatione reali. Primo casu citādus est qui de hoc crimine impetitur quacunqꝫ via procedatur contra eum: vt habeat copiam se defendendi: cum enim defensio sit de iure naturali. vt in cle. pastoralis. §. ceterum. de re. iudi. nemini deneganda est quantūcunqꝫ excōmunicato ⁊ criminoso. de excep. cum iter. ⁊. c. fi. Si tamen esset hereticus relapsus sine aliqua audientia esset iudicio seculari relinquendus de here. ad abolendam. §. illos. ⁊. c. super eo. ti. li. vi. Quis autē dicatur relapsus. vide pulchrum tex. c. accusatus eo. ti. ⁊ li. Ego tamen putarem. ꝙ licet relapsus non debeat audiri super crimine. vt in dictis iuri. si tamē vult excusare se relapsum non fore bene esset audiendus. Nam tum dispositio excludens exceptiones fundatur super certa qualitate. non videtur excludere exceptiones detrahentes illi qualitati. vt voluit glo. c. cupientes. §. qđ si per. xx. de elec. li. vi. ⁊ clem. vnica. de secres. po. ⁊ fruc. ⁊ Bar. in. l. i. §. pari̇ refert. quod vi. aut clam. Sic in proposito est dicendū vt cū illa iura se fundent super relapsu. nō videantur tollere defensionem quo ad hoc qđ iste posset dicere se nō relapsū. ⁊ hāc citationem poterunt epī ⁊ inquisitores

nedū per se sed per alios facere vt in.c. vt cōmissi.in p̄in.de here.li.vi. Aut que rimus de citatione reali hoc est per capturam persone: ꝛ similiter illam facere possunt.ꝛ tam verbalē q̄ hanc realē citationes ep̄us siue inquisitore:ꝛ inquisitor siue ep̄o facere poterit de here cle.i.§.i. Regulare enī est ꝙ cōuentus sup crimine capi potest personaliter.ꝛ incarcerari:ꝛ presertim quādo delictū est maximum sicut heresis de qua materia vide late per Bar.in.l.fi.ff.ad leg.iul.pecu.ꝛ i.l.i.ff.de custo.reorū.ꝛ in hac captura seruatur de more ista practica:ꝙ informatione prehabita per iudicem de maleficio ꝛ malefactore:sine alia citatiōe verbali precedente:mittunt ad capiendum reum si crimen sit enorme cuiusmodi est istud.ꝛ hoc ne fugam arripiat conscius de crimine.ita dicit Salic.in.l.n.C.de epi.ꝛ intro.re q̄d dicit probari per illum tex.presertim iuncta glo.ꝛ licet ista modestia incarcerādo sit seruanda vt nemo sit de domo sua trahendus ad carcerem vt.l.nemo de domo.ff.de reg.iur.ꝛ.l.plerisq̄.ff.de.in ius vocan. Hoc tamen procedit in ciuili nō tamen in criminali iuxta glo.in dicta.l.nemo.Seruandū tamē est:ꝙ mulieres nō ponantur in eodē carcere cum masculis:sed ad partem in alio carcere:quia periculosa est sexuum commixtio.vt in.l.qm̄.ꝛ i aut.nouo iure.C.de custo.reo.ꝛ in autē.vt nulli iudi.§.si vero col.ix.quod procedit nedum in carcere deputato ad custodiam:sed etiā deputato ad penam.iuxta formā.c.pe.de here.ꝛ.c.q̄uis.d pen.li.vi.ita tenet glo.in dicto.c.quāuis. Et de forma que debet teneri in huiusmodi carceribus hereticalibus ꝛ de custodibus adhibendis ꝛ substitutis ab eis ꝛ de iuramento quod per eos prestandū est.ꝛ qualiter diuersas claues debeant carcerari adhibere ꝛ modo ministrandi necessaria carceratis. vide tex.note.in dicta cle.i.§.i.de here.

Sed pone ꝙ in castro siue territorio alicuius domini tēporalis hereticus maneт.ꝛ citatus verbaliter per inquisitores nō vult coram eis cōparere.an dominus castri teneatur eum in manibus inquisitorum ponere si sit ab eis requisit᷒ Ad hoc dicas ꝙ sic.pro quo est tex.apertus.c.vt inquisitiōis.in p̄in.de here.li.vi. Quid aūt sit in alijs criminib᷒. vide bal.i vsi.feu.ti.de pace te.§.si iudex.vbi dicit ꝙ si est suus subditus nō tenet̄ eū tradere.secus aūt si alienus est subdit᷒. in quo tamē examinādo nō insisto:q2 nō est presentis speculationis. Sed cui᷒ expen.erit remittēdus. Bal.vbi supra tenet q̄d si aliq̄s priuat᷒ pro suo interesse hoc petit:fiet expensis petentis.vt.l.cum sepe.C.de ero.mili.anno.li.x.Si aūt iudex ex officio hoc petat.tunc expen.publicis illi᷒ terre ad quā fit remissio.ar.l.mulier in opus.ff.de cap.ꝛ post limi.reuer.Ego tamē putarē ꝙ in crimine heresis si officium sufficeret ex redditib᷒ illi᷒ essent fiende. Sed iuxta predicta q̄ro an delegatus ab ep̄o vl' capitulo sede vacante aut ab inquisitore possit hanc personalē capturam facere.ꝛ videret̄ q̄d nō: quia delegatus nō potest citare personaliter vt voluit glo.in.l.cōsentaneum.C.qūo ꝛ quādo iu.Sꝫ glo.in.l.ii.ff.de iur.om.iu.dicebat q̄d delegat᷒ p̄ncipis hoc potest.secus in delegato iferioris a principe qui hoc nō p̄t ante lit.cōtestatā sꝫ bene carcerare potest post li.cōtesta.Sed Bar.ibi ꝛ in dicta.l.plerisq̄ tenet delegatum inferioris a principe nequaquaꝫ hoc facere posse per tex.in aut.de testi.§.si vero ignoti.vbi delegatus non potest cohercere testes ꝛ eos torquere. Non obstat secundum eum tex.in aut.de exhibē.rei.§.si vero etiam.vbi dicitur ꝙ delegatus nō potest aliquid facere:quia lis nō est contest.quasi innuat ꝙ litē cōtestare posset quia nō vult hoc dicere.sed debet intelligi ꝙ si lis esset cōtesta.posset deueniri ad sententiam etiam absente reo.ꝛ sic posset aliquid facere per que videret̄ ꝙ cū delegati predicti de quibus in questione proposita sunt inferioris a principe nō possent huiusmōi capturā p̄sonalem facere:cōtrariū tm̄ ego teneo.p quo ī duco tex.exp̄ssū in dicta cle.i.§.i.de here. vbi aperte hoc p̄bat̄.hoc etiā p̄bari p̄t q2 ea ratione quia istud venit in generali delegatione facta per principem:vt pa-

ter in precedētib⁹: scilicet quia princeps potest ista cōmittere que sunt meri impe rij: τ videtur cōmisisse tanquā sine q̄bus illusoria videretur iurisdi. delegari. vide tur idem dicendum in predictis inferio- ribus de iure canonico: scdm q̄ ea que sunt meri īperij sunt delegabilia de offi. ordi. q̄ sedē. τ de rapt. in archiepiscopa tu. cum si. Et ex dicta cle. probat q̄ ille qui habet iurisdictionem in crimine: po test carcerem creare pro custodiendo cri- minosos. Sed pro veritate huius est ad uertendum q̄ quadruplex est carcer.

¶ Primus est perpetue pene τ hu- iusmodi carcerario est meri īperij: quia illa pena equiparat̄ morti. vt not. Inn. de accu. c. qualiter. ii. ¶ Secūdus car cer est modice cohertionis: vt cum iudex facit ponit nuncios in cippis. τ iste car- cer est meri imperij: sed minimi. de quo potest intelligi. l. ii. C. de sport. quia iste carcer adhibetur quia forte nuncius cō- tempsit iurisdictionē iudicis. ¶ Ter tius est carcer custodie: τ ē eiusdē speciei cuius est causa principalis. scdm Guil. τ Bal. in. l. imperiū. ff. de. iuri. om. iudi. vnde si causa est pecuniaria: est iurisdi- ctionis. si sit criminalis: est meri īperij.

¶ Quartus est carcer domestic⁹ qui nō est licitus nisi in casibus expressis in iure. ff. de offi. presi. l. diuus: τ iste carcer nō est sub aliqua specie iurisdictionis q̄ cōpetit priuato. vt voluit Bal. in dicta. l. imperium. ex quibus cōcludere potes q̄ ille qui licite potest carcerare q̄ quo modo sit ex predictis colligitur poterit carcerem cōstituere. τ per cōtrarium: qui nō potest carcerare nō poterit cōstituere carceres. Et de hac materia multiplicis carceris vide eundē Bal. in aut. si capti in. C. de epis. τ cleri. ¶ Ulterius que ro quis prouidebit de expensis custodi- bus carcerum predictorū. Solutio hoc determinat̄ per tex. dicte cle. i. §. sane sci- licet q̄ episcopus prouidebit custodi de putato per ipm: τ intellige de suis reddi tibus non de parte prouentuum inqui- sitionis officio deputata. vt in extraua. Benedicti ex eo. §. verū ita tenet glo. in dicta. cle. τ inquisitor similiter prouide bit illi: quē ipse deputabit scilicet de pro uentibus deputatis officio. vt in dicta glo. ex quo patet scdm zen. ibi q̄ carce ratus non prouidebit custodibus: quod dicit nō esse dubiū in deputatis ad per- petuos carceres: quia tales sunt priuati bonis. facit. l. cum sepe. C. de ero. mili. anno. li. xi. Idem tenet ibi Mathe. tu dicas in causa heresis nullum fore dubi um p̄ istū tex. in alijs aūt dicūt Mathe. τ Io. de ymo. seruandam esse consuetudi nem qua cessante glo. in dicta. l. cū sepe. dicit q̄ seruari debet expeñ. eius qui il lum facit custodiri. illas tamē postea re sartier custoditus τ sic seruat̄. Hoc ego limitarem vbi isti custodes non essent sa lariati de publico. Nam tunc nihil pos- sent a partib⁹ petere. pro quo facit tex. optimus in ar. in. l. archiatris. C. de pro fesso. τ medi. li. x. τ not. in simili per In no. in. c. i. de postu. τ vbi aliquis carcera retur iniuste iudex qui iniuste fecit eū de tineri tenetur ei ad interesse iuxta doctri nā glo. τ Bal. in. l. ii. §. fi. ff. si quis cau ti. Quis aūt puidebit carceratis: τ cir ca crimen heresis dicas q̄ episcopus τ inquisitor debent ordinare vnde eis pro uideat̄ vt probat tex. ī dicta cle. §. porro. in alijs vero glo. in. c. diffinimus. xvi. q. iii. tenet quod custos carceris prouide bit carceratis. sed nō ītelligas q̄ habe at prouidere de suo sed de elemosynis de stinatis ad vsum pauperum. hoc poterit facere. vt. l. iudices. C. de epi. audi. vbi āt ista cessarent consuetudo habet q̄ is ad cuius petitionē fuit carceratus prouide at carcerato. postea aūt carceratus satis faciet eidem de predictis. Sed pone q̄ cum de mandato predictorū volut in carcerare eosdem hereticos ipi se defen dunt. Dicas q̄ inuadi possunt cum ar- mis per ministros iusticie τ si in illa de fensione occiderentur cum sit illicita nul lam penam incurrerent occisores: vt pro bat tex. optim⁹ in. l. si seruus. C. de his q̄ ad eccle. cōfu. nō eni permittit̄ iuste in uaso se defendere iuxta not. per bar. ī. l. vt vim. ff. de iusti. τ iu: τ p̄ do. Car. in cle. si furiosus. de homi. An autem hereticus ad ecclesiā confugiens gaudeat emunitā

te:ita vt de ecclesia extrahi non possit ⁊ copi. ⁊ dicas ꝙ non gaudet: pro quo est glo. in aure. de māda. prīuī. §. necꝫ aūt. col. iii. facit ad idem tex. in. l. i. C. de hijs qui ad ecc. confu. Et qm̄ ad hanc incarcerationem faciendā: necessarij sunt officiales armati habent inquisitores facultatem a iure: vt possint habere officiales armatos ad hoc exequendū secundū tex. in cle. ii. §. fi. de here. Ex quo infertur ad questionē: nunquid episcopus qui iurisdictionem ordinariam habet possit habere officiales armatos pro executione iurisdictionis sue. Panor. mouet hanc questionem. in c. significasti. de offi. dele. ⁊ dicit se fuisse interrogatū de hoc a quodam episcopo: cui refert se respōdisse ꝙ nō. nisi haberet tēporalē iurisdictionem in loco. ad quod primo inducit iura que dicunt episcopū in executione iusticie debere implorare auxilium brachij secularis vt. c. ad ministratores. ⁊ c. principes xxiii. q. v. Itē alibi cauetur ꝙ sicut pro spiritualibus debent principes recurrere ad ecclesiam. ita in tēporalibus debēt prelati recurrere ad principes seculares vt. c. cuꝫ ad verum. ⁊ c. si imperator: xcvi. di. nec promiscuis actibus sunt eorū officia turbanda. vt. l. consulta diualia. C. de testa. Item ecclesie fuit interdicta executio gladij temporalis dicente domino Petro. Conuerte gladium tuum in locum suum vt le. ⁊ no. in c. nouit de iudic. Item arma clericorum sunt lachryme ⁊ orationes. vt in c. cōuenior. xxiii. q. viii. sed vide Bal. in. l. nam salutem. §. fi. ff. de offi. prefec. vigi. qui contrarium tenet cum ipse habeat īperium in sua diocesi nullum aliud inducens fundamentū ad hoc. ⁊ hec opinio mihi placet. ⁊ eam obseruat cōmunis vsus. ⁊ pro huius fundamento facit tex. in dicta cle. vbi papa cōcessit facultatē inquisitoribus: vt possint armatos officiales habere. Ex quo innuitur ꝙ penes papam est potestas habendi armatos ⁊ mouēdi arma in huiusmodi criminib⁹ ad ecclesiasticum forū spectātibus alias nō potuisset eam inquisitoribus cōcedere. Non ergo de necessitate ad laicos in hijs est recurrēdū vt contraria opinio presupponit. Preterea fundat̄ ⁊ aliter ex eadē cle. vbi papa per cōcessionem spiritualem dedit hanc facultatem inquisitoribus: nō aūt epis qui in predicta inquisitione cum eis cōcurrunt. ostendens aperte ꝙ epis nō erat necessario cōferenda: quia de iure eis licebat: alias sicut inquisitoribus concessit: sic ⁊ episcopis concessisset. Cōfirmatur etiam: quia episcopus per iurisdictionē suam potest etiam laicos in certis criminibus capere ⁊ corporaliter cohercere. vt ē tex. cū glo. xxvi. q. v. contra ydolorum. ⁊. xvi. q. iii. attendēdum. ⁊ de adult. c. ii. quod nemo dubitat egere ministris armatis. nec obstant fundamenta in cōtrarium inducta videlicet ꝙ ecclesia non habeat exercitiū gladij materialis. Nam illud est ad inferendū alicui mortē vel mēbri mutilationem ⁊ hoc casu intelliguut̄ iura pro contraria parte inducta. Secus aūt ad exequendū iusticiā sibi cōpetentē. vt probatur per pdicta. Similiter ad illud qđ dicitur ꝙ ecclesia īplorat auxiliū brachij secularis. dici pōt ꝙ inde nō cōcludit̄ intentū opinionis cōtrarie. Nā inter ipsosmet seculares iudices idē obseruatur: ꝙ vnus īplorat auxiliū alterius vbi vires ipsius nō sufficiunt ad exequendū qđ sibi incūbit. vt ē tex. in. l. si qs in hoc gen⁹. C. de epi. ⁊ cler. ⁊ etiā iudices seculares inuocāt in subsidium auxiliū ecclesie vbi p se nō possunt suos subditos domare. vt not. Inno. in. c. licet ex suscepto. de for. cōpe. ⁊ hec notabis.

Duodecima questio.

D Uodecimo q̄ro de ordine procedēdi cōtra hereticos quo ad telā iudiciariā ordinandā. Dicas qđ licet in alijs criminib⁹ plenissimo iuris ordine seruato debeat pcedi. de quo vide tex. in. l. ab sentē. ff. de pe. ⁊ in. l. e. i. C. de requi. re. ⁊ per glo. iii. q. ix. in summa. ⁊ per Bar. i dicta. l. absētē. ⁊ per Sali. l. absenten. C. de accu. vbi plene. ⁊ per docto. i capitulo veritatis de do. ⁊ cōtu. tamē in hoc crimie heresis est spirituale: quia procedi potest super eo simpliciter

⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij. vt in.c.fi.in prin.eo.ti.li.vi. Ex quo infertur ꝙ in accusatione non erit necessaria solemnitas requisita per.l.libellorū ff. de accusa. ⁊ in.l.in causis. C.eo. pro quo ex tex.in cle.sepe de verb.signi. Infertur etiam ꝙ conclusio in causa nō est necessaria per glo.ibi.imo quomodocūqꝫ reus se defendere voluerit admittet. Ad quod faciunt not.per Bar.in extrauagan.ad reprimendam.in versi. sequētia.⁊ vbi is contra quem in hoc delicto proceditur cōtumaciter se absentat. prouisum est de remedio vt debeat excōmunicari.⁊ si per annum in excōmunicatione persistat:velut hereticus est puniendus.de here.cum contumatia.li.vi.

Sed pone ꝙ secundum veritatem iste non est hereticus:nūquid huiusmodi pena a iure in eum inflicta propter contumaciam teneat? ⁊ dicendum est ꝙ sic.qꝛ contumax fuit secundum rei veritatem: venire enim tenebatur ad iudicem. vt.l. si quis ex aliena.ff.de iudi.ff.de iurisdi.om.iudi.l.ii.vbi hoc tenet bal. Sed bar. in dicta.l.absentem:dicit ꝙ istis casibꝰ quibus proceditur contra absentem ⁊ habetur pro confesso propter contumaciam si postea constaret iudici de innocētia contumacis:vt si videret viuum hominem quem absens dicitur occidisse:nō poterit ad punitionem criminis procedere. Nam ex vera confessione talem nō cōdempnaret.ff.ad.l.aquil.l.inde neractius §.fi.cum.l.se.quanto magis ex ficta.hoc tamen in crimine heresis non potest practicari:quia cum sit crimen quod in mente intrinsecus latet:non posset in aperto liquere iudici de alicuius innocentia erga illud vt mihi videt.pōdera tñ tex. cum glo.in dicto.c.cum contumacia.loquitur enim quando citatio fuit decreta contra illum qui suspectus erat in fide. Nam tunc ad primam suspitionem adduitur alia ex cōtumacia.⁊ sic prima simplex presumptio transit in violentam vt innuit ille tex.Secꝰ ergo vbi citatio emanaret contra non suspectum. Item pondera in alio:nam loquitur de eo qui animo pertinaci perduraret per annum in excōmunicatione.secus ergo si non daretur pertinacia: vtpote quia aliquo impedimento pretermisit contumaciam predictam purgare:vbi tamē per hunc modū puniendi contumaciam non procederet possent recipi testes contra absentem legittime citatum ⁊ ad diffinitiuam procedi constito de crimine ex quo lit.cōtesta. non requiritur vt prediximus.

Questio decima tertia.

Decimo tertio quero de probatiōe fienda in crimine heresis. Ad quod dicas ꝙ fieri potest per diuersas species probatiōis.potest enī probari per confessionem propriam: cū illa inter omnes probationis species obtineat principatum.⁊ ad eruendum illā poterit procedi ad torturam eiꝰ qui de hoc crimine impetitur. requiritur tamē qꝺ precedant indicia:alias non est quis torture subijciendus.vt.l.de minore.§. tormenta.ff.de questi.⁊.c.cum in contemplatione.de reg.iur.etiam si de grauissimo crimine agatur.C.ad le.iul.maie.l. iii.alia tamen sunt indicia ex quibus iudex potest iudicare diffinitiue in causa vt in.l.indicia.C.de re.vendi. ⁊ etiā in criminali.C.de proba.l.sciant cuncti:⁊ ista debent esse ita vehementia qꝺ sint indubitata.vbi aūt essent dubitata sufficerēt ad torturā.ita tenet Io.an.in addi.ad specu.ti.de proba.in.fi.⁊ in ti.de noto.cri. Que aūt sint illa:multi multa dixerunt.sed conclusio vera est qꝺ de hoc nō potest dari certa doctrina sed relinquit arbitrio iudicis.l.iii.§.eiusdē quoqꝫ.ff. de testi.hoc tenet bar.in.l.fi.ff.de questi. vbi ad instruendum iudicem ex quibus animum suum debeat mouere ponit certa exempla.subiungens eiusdem iudicis arbitrio cōmitti an plura indicia requirantur:aut vnum tantum sufficiat. Adde tamen qꝺ eo magis debet augeri tortura quo maior suspicio est contra delinquentem.vt not bal.in vsi.feu.ti.de controuer. inuesti.c.i.§.item si vasallus. Qualis aūt probatio sufficiat sup hijs indicijs ad subiciendum quem torture.

dicit requiri duos testes vbi illi depo-
nunt de iudicio tantu3 iuxta glo. l. fi. C.
famil. liber. vbi tamen super delicto vnus
tantum sufficeret ad torturam vt voluit
glo. in dicta. l. fi. C. ad le. iul. ma. Et ad
dit Bar. vbi supra ꝙ ex eo ꝙ dari debz
defensionis copia parti anteq̄3 subijcia
tur torture: non sufficerent testes qui in
generali inquisitione fuerunt examinati
contra reum: quia non fuerunt examina
ti ipso citato ⁊ existente contradictore.
Considera insuper ꝙ etiam vbi alia in-
dicia extrinseca nō precedunt ex eo ꝙ re
us facit coram iudice: puta loquēdo tre
pide: pauendo: ⁊ variando potest habe-
re iudicia sufficientia ad torturam. scd̄m
Bar. in dicto. §. tormenta. Et inter cete
ra tormenta solent inquisitores prefati
criminis indicere ieiunia ad veritatē eru
endam: que etiam questionis nomine in-
telliguntur. quod etiam patet per ethi-
mologiam. Nam tormētum dicitur qua
si torquens mentem. nemini tamē dubiū
ꝙ per ieiunium asperum torqueatur q̄s:
pro quo est glo. in dicta cle. i. de here. in
versi. tormentis. in hac tamen confessio-
ne per tormēta extorta requiritur perse
uerantia in. l. i. §. diuus. ff. de q̄stio. opor
tet enim scd̄m Bar. ibi vt ille qui fuit cō
fessus in tormentis reducatur in loco pu
blico iudicij. ⁊ ibi coram testibus ⁊ nota
rio confiteatur seu ratificet confessionem
primam ⁊ ita obseruatur de consuetudi
ne ⁊ quoniā in supponendo reum tortu
re de grauissimo preiudicio agitur ob-
seruat cōmunis consuetudo quod prius
debeat solēnis aduocatorum disputatio
corā iudice fieri super hoc an sit torquē-
dus vbi aduocatus rei debebit admitti
vt pro eo alleget vt. l. si postulauerit. §.
questioni. de adulte. ⁊ per glo. l. legis vir-
tus. ff. de legi. sed ipsi questioni ⁊ exami-
nationi nō debent interesse ita tenet glo.
in aut. de testi. §. quia vero in glo. super
versi. aduocatorum. ⁊ glo. videtur idem
velle in. l. ii. circa prin. C. de iura. ca. ita
determinat Bar. i. l. custodias. ff. de pu
bli. iudi. ⁊ in dicta. l. legis virtus. ⁊ pro-
pter grauitatem preiudicii est inductum
quod i heresi nec inquisitor sine ordina

rio: nec ordinarius sine inquisitore pro
cedat: ad faciendū reum torqueri sed am
bo simul. vt est tex. in dicta cle. i. §. i. Po
test etiā fieri probatio per testes. Sed
dubitatur: quo testes debeant interueni
re. Quidam dixerunt ad effectum condē
nationis nō sufficere duos testes. pro quo
allegant. c. excōmunicamus. §. addicim⁹
de here. ⁊ hoc no. hosti. in summa. eo. ti.
§. qualiter. vbi subiungit ꝙ iniquum vi
debatur: qd̄ de tanto crimine dampnare
tur ex dicto duorum testium. sed in con-
trarium facit. c. vt officium. §. verum. eo.
ti. li. vi. Jo. de ligna. in dicta cle. i. in fi.
dicit non esse dubium ꝙ per vnum testē
⁊ famam quis non potest dampnari de
tanto crimine. vt no. de testi. tam litteris
⁊ idem tenet Marthe. eo. ti. cle. ii. allegat
not. per glo. de testi. veniens. ⁊ similiter
nec ex p̄sumptione de presump. litteras.
tamen videtur ꝙ per duos testes possit
dampnari. ad hoc quod not. Inno. de si
mo. sicut. vbi dicit ꝙ licet in alijs crimi-
nibus requirantur probationes luce me
ridiana clariores: tamen in crimine here
sis sufficiunt minores. C. de here. l. ii. ⁊
secundum eum leuia signa sufficiunt ad
conuincēdum quem de heresi de p̄sump.
litteras. Sed hoc dictum Inno. debet
intelligi secundum not. in dicta. l. ii. ⁊ sic
trāsit Jo. de ymo. in dicta cle. i. Idem te
net do. Cat. ibi propter regulam gene-
ralem que habet qd̄ sufficiāt duo testes
ad probandum crimen: nisi vbi contra-
rium reperitur vt in. c. licet vniuersis ⁊
c. in omni negocio d̄ testi. Idē tenet Jo.
an. ⁊ doct. c. vt officium. §. verū. de here.
li. vi. ⁊ hec opinio mihi videt̄ vera. pro
qua etiā facit glo. not. in simili. ii. q. iiii.
presul nec obstat tex. in dicto. §. addici-
mus: quia non requirit ille numerus te
stium ad conuincendum vnum hereticū:
sed ad conuincendum plures: ⁊ inde est
ꝙ ille tex. remittit hoc arbitrio iudicis:
vt si videat expedire pro multitudine he
reticorum nedum tres sed etiam plures
⁊ adhuc totam viciniam possit ad testifi
candū cogere. Est tamen speciale in hoc
crimine: qd̄ testes qui alias a iure repel-
luntur admittuntur in hoc casu in fidei

fauorem. vtpote iudei. vt. c. contra xp̄ianos. de here. li. vi. idem dicerem de alijs infidelibus: quia illi solū repelluntur a testimonio contra fideles. c. pagani. ii. q. vij. ⁊ c. iudei. ⁊ licet vniuersis. de testi. de quorum numero isti heretici nō existunt. Item quia nō apparet ratio specialitatis in iudeis. vt illi magis admittantur cum sint pessimi infideles. vt. i. q. i. nōne. de quo superius dictum est. Admittunt etiam excōmunicati ⁊ participes ⁊ socij criminis in testimonium: presertim in defectum aliorum testium. ⁊ sic hereticus contra hereticū admittitur. vt dicit tex. in. c. in fidei fauorem de here. li. vi. ⁊ per illum tex. dicit Panor. in. c. litteras de presump. etiam fratrem esse cogenduz cōtra fratrem super predicto crimine ferre testimonium. Admitterē etiam domesticos ⁊ familiares eorum: quoniā cū istud crimen secretum sit: melius ⁊ aptius per familiares q̄z per alios probari poterit vt. l. consensu. C. de repu. quinymo etiaz serui contra dominos cum tormētis admittendi forent: quia admittuntur in crimine lese maiestatis. C. ad le. iul. ma. l. fi. ergo a fortiori ī crimīe heresis: cū longe grauius sit eternā q̄z temporalē ledere maiestatē: ⁊ hanc argumentationē facit tex. in simili in. c. vergentis. de here. Ad idem tex. cum. glo. xij. q. ij. questionē. periuri etiam admittuntur dūmodo contra se ⁊ contra alios in hoc crimine attestentur: dum tamē ex manifestis apparuerit indicijs: tales nō animi leuitate aut odij fomite seu corruptione peruisse: sed zelo fidei orthodoxe velle deponere: aut dictum suum q̄d ante in forma testimonij deposuerant emendare ⁊ corrigere: ac que prius tacuerant reuelare: ⁊ hoc in fauorem fidei specialiter cōceditur vt. c. accusatus. §. licet. de here. li. vi. ex quib⁹ limitabis tex. in. c. preterea de testi. cogen. quatenus de corrigendo dictum testis loquitur ⁊ no. per Bar. in. l. eos. ff. de fal. Aduerte tamē iuxta hoc ꝙ cuz isti inabiles admittuntur: ita domū eorum dictis fides adhibetur: si ex verisimilibus coniecturis ⁊ ex numero testium: ⁊ ex qualitate tam deponētium q̄z coꝝ cōtra quos deponit: ac illis circūstantijs sic testificātes nō falsa dicere presumātur: vt in dicto. c. in fidei fauorē. cōspiratores tamē ⁊ inimici nō admittētur sicut nec in alijs exceptis criminibus: pro quo optimus tex. de simo. per tuas lo. i. ⁊ no. hoc: quia valet generaliter ad oēs casus in quib⁹ minus ydonei testes admittūtur. Quid aūt considerari debeat in alijs exceptis criminib⁹ circa testes criminosos vt admittantur. vide glo. i. q. i. si quis epūs. ⁊ ii. q. i. deus oīpotēs. ⁊ per docto. i dicto c. per tuas. de simo. Intellige tamen predictos inabiles testes in hoc crimine admittendos fore contra hereticos credentes fautores ⁊ receptatores ⁊ defensores eorum: nō tamē sic esset si pro eorū parte inducerentur ad hoc ꝙ de hoc crimine se purgarent. eo enī casu requirerent testes oīno integri sine aliqua suspitione ⁊ catholice fidei zelatores co. ti. c. filij i fi. An aūt huiusmodi suspecti testes cū examinantur sint tormētis subijciendi vide glo. v. q. vi. in sum. que dicit ꝙ sic. si est seruus vel vilis persona: vel si sit liber ⁊ sit criminosus ⁊ infamis vel obscurus vł ignotus tales enī sine tormentis nō admittuntur: torquetur etiā quelibet libera persona: licet nō sit vilis: dum tamen vacillet in testimonio de materia tamen vide Bar. in. l. ex libero. ff. de questi. Sed quero iuxta predicta: an id quod dictum est de minus ydoneis testib⁹ admittendis in crimine heresis habeat tantuz locū quādo procedit per viā inquisitiōis aut etiā idem sit cū proceditur per viam accusatiōis vel exceptiōis. Et videt ꝙ sic qr eadē est ratio: scilicet fidei fauor ⁊ odium criminis. ergo idē ius de rescrip. iter ceteras cū simi. Cōtrariū tamē cōcludit glo. in dicto. c. in fidei, qr ab illo iure regulari quo cauet tales personas ad testimoniū admitti nō debere nō est recedēdum: nisi in quantū reperiat a iure permissum. Qui ergo accusat vel excipit habeat probatiōes ydoneas: nec est accusatio fauorabilis vt inquisitio ad hoc. ii. q. vii. si quis episcopus. ⁊ verbum istud inquisitionis debet aliquid operari alias quare fuisset expressum. de deci. ad

audientiam cum concor. ⁊ sic transit pre
dicta. glo. Sed contrarium tenet Arch.
in dicto. c. in fidei. ⁊ alle. xi. q. vii. c. here
ticus. Sed Jo. an. tenet glo. in nouel. ⁊
ad. c. si hereticus. respondet ꝙ nõ tenet
vt ibi dicit glo. ⁊ hoc idem probat tex. in
dicto. c. in fidei. quia si ille tex tenneret nõ
esset necessaria dicta decre. ⁊ sic trãsit ibi
Domi. simpliciter recitando predictos
doct. Ego tamẽ potiꝰ tenerẽ opi. Archi.
pro quo facit: quia eadem ratio est vtro
bique: scilicet fauor fidei. ex qua ratione
etiam in penalibus attento ꝙ expressa
est i lege: argui potest ad similia vt ẽ tex.
insti. de legi. patro. suce. in prin. ⁊ glo. in
cle. i. de elect. ⁊. c. i. de tempo. ordi. li. vi.
Preterea dispositio predicta nõ est odi
osa: ymo fauorabilis: cum non in odium
hereticorum principaliter sed in fauorẽ
fidei sit inducta vt tex. ibi innuit in prin.
unde illud est considerandum ⁊ nõ odiũ
hereticorum quod venit in consequentiã
iuxta glo. c. sciãt cuncti de elect. li. vi. ⁊. l.
qui exceptionem. ff. de condi. inde. Nec ẽ
simile de accusatione in alijs criminibꝰ
intentata ⁊ de accusatione facta in crimi
ne heresis: Nam ⁊ si in alijs criminibus
accusatio dicatur genus illaudabilis in
tentionis iuxta moderationem predictã
non tamen sic est in crimine heresis: vt in
superioribus diximus. Posset etiam di
ci ꝙ ille tex. nõ se restringit ad processũ
inquisitionis: quia non dicit cum proce
ditur per viam inquisitionis: sed dicit: in
fidei fauorem concedimus vt in negotio
inquisitionis heretice prauitatis: ⁊ loq-
tur papa inquisitoribus: vt patet in su-
prascriptione: de quibus certum est ꝙ li
cet per viam accusationis possunt proce
dere: appellantur tamen inquisitores. ⁊
eodem modo ex eorum nomine appella-
tur negocium inquisitionis licet per viã
accusationis vel exceptionis cognoscant
⁊ per hoc fundata manet satis ista pars
⁊ responsum restat ad motiua cotraria.
⁊ quia in tanto crimine cum multa opor
tet cautela procedi in examinatione testi
um quos recipi super crimine predicto
contigerit debent adhiberi due religio-
se ⁊ discrete persone: in quarum presen-
tia per publicam si potest haberi personam:
aut per duos viros ydoneos fide-
liter eorundem testium depositiones con
scribantur. per tex. in. c. vt officium. §. ve
rum de here. li. vi. ⁊ pondera illum tex.
qui requirit interuentum predictarum
personarum nedum in examine testium:
sed etiam in describendo eorum deposi-
tiones. ⁊ predicta practica examinandi
testes potest ⁊ iuste debet obseruari in
omnibus arduis causis: vt sine omni su-
spitione res procedat. ita tenet Panor.
de elec. quia propter. ⁊. c. cum causam de
testi. ⁊ quo liberior sit facultas in hijs
procedendi datur facultas a iure religi
osis: qui ante cum essent in seculo erant
notarij ac etiam clericis qui ante clerica
tus, ordinem notariatus officio fungebã
tur: vt in hac examinatiõe ⁊ in alijs huic
officio incumbentibus: officium predi-
ctum notariatus exerceant. vt dicto capi
tulo. vt officium. §. ad conscribendas.
Probatur etiam hoc crimen per instru
menta vtpote: si apud aliquem reperian
tur libri improbate lectionis: secundum
Archi. ⁊ Jo. an. in dicto capitulo filij.
Sed ego crederem vltro hoc requiri ali-
as coniecturas ex quibus iudex iformet
animum suum. poterat enim esse quod
erant in domo sua eo nesciẽte: aut quod
habebat illos libros vt deprehenderet
errores hereticorum: non ad illos sequẽ
dum ⁊ imitandum: sed potius ad confun
dendum ⁊ impugnãdum: iuxta tex. in ca
pitulo q̃ de mensa ⁊ in. §. sed cõtra. xxxvii
di. An autem alias delictum probari
possit per instrumẽtum: remitto ad glo.
capitulo. cum in ecclesijs de maio. ⁊ obe
di. ⁊ capi. cum in positionibus de iureiu
rando libro. vi. ⁊ per Jo. an. in regula se
mel malus de regulis iur. libro sexto in
mercu. ⁊ per Bar. l. in senatus. ff. ad tur
pill. ⁊ per Bal. in. l. contra negantẽ. C.
ad leg. acquil. ⁊ Sali. in. l. fi. C. de pro-
ba. Probari etiam potest crimen here-
sis per presumptiones: sed propter gra
uitatem preiudicij requirerentur euiden
tissime coniecture. Nam etiam si quodli
bet crimen probari queat per indicia. vt
in dicta. l. finali. C. de proba. ⁊ late per

Jo.an.in addi.ad specu.ti.de probati. circa finē. Sed quo magis crimen est graue maiores presumptiones ⁊ euidentiora indicia requiruntur. sic probat text᷒. not. cum glo. in dicto capitulo. litteras. de presump. ⁊ ibi tenet Panor. quando tamen ex presumptionibus iudicatur tēperare debet iudex penam aliquantulū vt no. Jnno. de presump. q᷑ verisimile.

Questio decimaquarta.

Decimoquarto quero de publicatione testium fienda in hoc crimine. Ad quod dicas ꝙ fieri debet sicut ⁊ in alijs causis vt reus habeat facultatem se defendendi. Si tamen propter potentiam personarum contra quos deponunt graue periculū imminere speraretur ex publicatione nominum predictorum: tūc non publice sed secreto coram diocesano vel ipso absente corā eius vicario vbi inquisitores procedunt. quando vero procedit episcop᷒ coram inquisitoribus. ⁊ vtroqꝫ casu coram alijs personis prouidis ⁊ honestis iurisqꝫ peritis: huiusmodi publicatio est fienda. ⁊ vt efficatius huiusmodi periculis occurratur: episcopus vel inquisitores prefati poterunt super hijs secretum indicere illis quibus hanc publicationem facient. ⁊ in eos si archano consilij seu processus patefecerint excōmunicationis sententiam quam ex secreti violatione ipso facto incurrant poterunt promulgare. pro quo est textus in capitulo finali. §. pe. de here. libro sexto. Sed occurrit dubitatio: an vbi simile periculum occurreret etiam in alijs criminib᷒ possit huiusmōi publicatio omitti. ⁊ do. Antonius in capitulo preterea. de spon. lo. ii. tenet ꝙ in materia peccati esset dūtaxat hoc admittendum. pro quo inducit textus ibi. sed Panor. ibi dicit quod pro ⁊ contra facit tex. in dicto capitulo si. contra facit: inducendo ꝑ locū a speciali. pro quo facit: iducēdo generaliter. sed ipse stat primo dicto. Ego tamen tenerem ꝙ cum dispositio illius capituli. sit exorbitans a iure: exceptio a cōmuni regula iuris non habebit locum: nisi in illo casu expresso: ⁊ vbi similis casus occurreret. quod vix posset contingere: attenta grauitate huius delicti. Nam casus excepti a cōmunibus iuris regulis non extenduntur: nisi vbi est per omnia eadem ratio. vt tenet glo. in. l. i. C. de cōdi. inde ⁊ in. l. illud. C. de sacrosan. ec. ⁊ tex. c. cum delicta. de confir. vti. vel inuti. nec dictum do. Anto. placet indistincte: quoniam ille tex. c. preterea. loquit᷑ quādo agitur de modico preiudicio vtpote de sponsalibus de futuro. imo fundatur contrarium ex eo in quantum probat ꝙ si sponsalia essent iurata: illud non foret admittendum.

Questio decimaquinta.

Decimoquinto quero de sententia ferenda in crimine heresis: ⁊ de pena huius delicti. Modus autem qui debet obseruari est ꝙ anteqꝫ sententia feratur: inquisitores prefati ⁊ episcopus faciant secū conuenire viros sapientes ⁊ doctos deum timentes: cum quorum consilio procedere habent ad sententiam ferendam. vt in capitulo vt commissi. de here. li. vi. ⁊ si videatur eos iudicandos fore hereticos: tunc eis citatis debet sententia declaratoria ferri contra eos: per quam declarentur heretici ⁊ seculari curie tradēdi. ac bona eorū occupanda fore per eos ad quos spectant. vt. c. cum secundum leges. eo. ti. ⁊ li. quia idem seruatur vbicūqꝫ pena ipso iure imponitur vt no. glo. c. comissa. de elect. eo. libro. ⁊ per Jo. an. ⁊ domi. c. pro humani de homi. eo. libro.

Pena autem hereticorum est: ꝙ sint excōmunicati ipso iure. ⁊ postquam per iudicem ecclesiasticum fuerint de hoc crimine dampnati: tradi debent iudici seculari. animaduersione debita puniēdi. clericis a suis ordinibus degradatis. bona autem hereticorum si fuerint clerici: applicantur ecclesijs in quibus fuerant beneficiati. Si vero laici extiterint: fisco seculari. in capitulo excōmunicamus. lo. i. de here. in prin. ⁊ de hoc vltimo est

ter.eo.ti.vergentis.⁊.c.cum secundum leges eodem titulo libro sexto. Hodie tamen bona hereticorum in tres partes diuiduntur. quarum vna assignatur domino temporali: alia officialibus inquisitionis: tertia vero ipsi officio vt i extrauagan. Clemen. sed illa tantum loquitur de inquisitoribus italie: ⁊ sic de alias prouincias non extenderetur. iuxta no. per Inno. ⁊ Io.an. i simili i.c.i. de loca. Lex etiam Frederici Imperatoris que est tertia ⁊ icipit patarenorū. diffidat ⁊ banit hereticos credentes fautores ⁊ receptatores eorum ac perpetue infamie eos subiciat. ⁊ iste leges Frederici sunt approbate capitulo. vt inquisitionis. in prin. de here. libro. vi. Sed iuxta premissa quero: qua pena debent puniri per iudices seculares quorum potestati relinquūtur. glo. tangit questionem in capi. excōmunicamus. lo. ii. eo. ti. ⁊ dicit ꝙ pena vltimi supplicij. hosti. ⁊ Io.an. in capitulo ad abolendam eodem titulo. tenent ꝙ pena ignis. debent ergo cremari secundū euangelium Ioānis. xv. capitulo. Si quis in me nō māserit: mittetur foras sicut palmes ⁊ arescet: ⁊ colligēt eū ⁊ in ignē mittent ⁊ ardet. Et ius ciuile punit hereticum pena mortis. vt. l. arriani. C. de heret. iuncta. l. vltimum supplicium. ff. de penis. ⁊ sic transit recitando predictos doctores. Panor. in dicto capitulo: ad abolendam. idem tenet in capitulo: excōmunicamus. lo. ii. eodem titulo. sed ista fundamenta non probant. Nam illa auctoritas euangelij non intelligitur de hereticis tantum sed etiam de hijs qui recedunt a deo per defectuz charitatis nec loquitur de igne materiali: sed de igne īfernali. leges etiam ciuiles superius inducte loquūtur de pena mortis: non tamen per ignem infligenda. quod vbi iura volunt exprimunt tanquam seuerrimam ⁊ atrocem penam vt patet in multis casibus quos enumerat Sali. in. l. vnica. C. de vili. age. non rumpen. inter quos non enumerat istum. vnde crederez ignem ipsis dari potius ex cōsuetudine que est optima legum interpres: quā ex aliqua expressa iuris dispositione. Vasalli autem ⁊ alij quicunq; eis tenebantur astricti debito fidelitatis vl' hominij aut alicuius obsequij: ipso iure ab omni huiusmodi obligatione sunt liberi. vt est textus de heret. capitulo finali. Quo ad penam autem confiscationis bonorū quero de questione no. supposito ꝙ bona hereticorum confiscata debent diuidi in tres partes vt dictum est. pone ꝙ habens immobilia Ferrarie per inquisitorem Florentinum sit Florentie legittime condemnatus de heresi: ad quos illa bona pertineant. Io.cal. disputauit istam questionem ⁊ arguit primo ꝙ illa bona licet sint sita Ferrarie pertineant ad officiales ⁊ cōmune Florentie postquam ibi fuit de heresi condemnatus: nam bona veniunt accessorie ⁊ in consequentiam ad personaz que condemnata est Florētie. ar. regule accessorium. de reg. iu. li. vi. ⁊ ⁊ capitulo de prudentia. de dona. inter vir. ⁊ vxor. ff. de aur. ⁊ argen. lega. cū aurum. in fi. faciunt ad idem not. per glo. in capitulo. quod ad te. de cler. coniu. ⁊. C. de exacti. tribu. l. fi. li. x. vbi in publicandis bonis attenditur locus persone que deliquit: Secundo sic dicit lex: vbi quis iniusticiam fecerit ibi penas subeat delictorum vt non alius tale quicquam agere presumat: ad exemplum respiciens vt in auct. vt iudi. sine quoq; suffra. §. si quis autem. col. ii. ⁊ canon dicit: ibi vindicetur iniuria vbi plectibilis est orta presumptio. xxiii. q. iiii. si illic. Item officiales Florentini laborauerunt in procedendo ⁊ condemnando hereticum: ergo bona videntur eis debita ratione laboris: ⁊ officialibus Ferrariensis dicendum est qui non laborat non manducet. de censi. procurationes. ⁊ not. ff. de dam. infect. quāuis. Tertio ratiōe persone sortitur quis forum etiam super rebus alibi sitis. c. si ne de for. compe. C. vbi in rem actio. l. vlti. ⁊ ibi no. Quarto pro hoc facit. c. cum secundum leges. de here. libro. vi. debet enim intelligi ille textus de domino temporali illius loci cuius erat episcopus qui tulit sententiam. ad hoc optime lege

titium. §. tutores. ff. de admi. tu. In contrarium videtur q ad officiales officij inquisitionis ferrarie: ⁊ commune illius ciuitatis pertineant bona ibi sita: licet alibi sit facta cōdemnatio. Primo quia dispositio super rebus concepta debet referri ad superiorem loci vbi res sita est vbicunq fuerit dominus diete rei. patet hoc in iurisdictione vt dictuz. c. sane ⁊. c. ex parte. ⁊. c. fi. eo. ti. idem in suppletiōe negligentie. x. q. ij. caselas. ⁊ cle. quia regulares. de sup. negli. prelat. Item cum bona hereticorum sint confiscata vt predictum est: ⁊ occupatio sit fienda per procuratorem in prouincia deputatum vbi sūt illa bona. C. de boni. vacan. l. si quā do. li. x. ergo ad Florentinos predictos pertinere nō poterunt. ad idem facit. c. postulasti. de for. cōpe. ⁊. l. cum vnus. ff. de bo. auct. iu di. possi. ⁊. c. romana. §. contrahentes. de fo. cōpe. li. vi. ⁊ de here. vt officiū. ⁊. c. per hoc. eo. li. ⁊ pro ista secunda parte concludit. ⁊ hanc firmat per iura pro hac parte inducta: ⁊ ne detur confusio iurisdictionum. De tertia vero parte inquisitoruz dixit q debeatur illis de Florentia ratione laboris quem sustinuerunt: ⁊ cum hijs se expedit de ista questione. Petrus de ancho. in repeti. c. accessorium. de regu. iur. li. vi. et ista cōclusio mihi placet: cum iura que de confiscatione predicta loquuntur ad bona referātur ⁊ in rem sint concepta. ad quod facit doctrina Bar. in. l. cunctos populos. C. de sum. tri. An aūt in hac confiscatione veniant bona que hereticus tenebat in feuduz vel emphiteosim ab alijs. vide late p specu. ti. de feu. §. i. versi. xl. ⁊ p bar. in. l. si finita. §. de vectigalibus. ff. de dā. infec. ⁊ per Egi. de bella. deci. clxxxv.

Quid autez si vir sit hereticus: an propter hoc dos vxoris sit cōfiscata. Dicas q non: nisi vxor sciens a principio eum esse talem: ipsum in maritum acceperit. vt capitulo decreuit. de here. libro. vi. ex quo habes vnum casum in quo dos confiscatur. An autem propter vxoris heresim confiscetur dos. videtur quod non per. l. quincz legib⁹. ff. de bo. dam. quia iste casus non est de illis. Sed ego dicerem contrarium. Nam ex quo in crimine lese maiestatis illud habet locum vt ibi ergo a fortiori in crimine heresis: sic arguit textus de here. vergentis. vbi tamē vir vel vxor in heresim laberetur: qui fidelis eorum manet: posset propria auctoritate ab alio recedere. Si tamen ille heresim abiuraret: cogeretur ad eum redire: quod intellige si sine iudicio ecclesie ab eo recesserat. secus si iudicio ecclesie. Fit tamen ista separatio quo ad cohabitationem: non quo ad vinculum. probatur hoc i capitulo de illa. de diuor. ⁊ eo casu quo fidelis recederet: totā dotē aut donationem propter nuptias recuperare deberet. de dona. inter vir. ⁊ vxo. c. i. ⁊ consultum est coniugi catholico: ab heretico separari: ne seducatur ab eo ⁊ in errorem labatur. ⁊ propterea domin⁹ precepit Deutero. vii. dicens: Filiam tuam non dabis filio eius: necz filiaz illius accipies filio tuo quia seducet filium tuuz: ne sequatur me: ⁊ vt magis seruiat dijs alienis. Irasceturcz furor domini ⁊ delebit te cito. Si autem non conuincātur de heresi sufficienter hij cōtra quos procedītur: sed alias de hoc crimine inueniantur suspecti. tunc iuxta considerationem suspicionis qualitatūcz persone debent canonice se purgare. quod si renuerint: excōmunicandi sunt vscz ad satisfactionem cōdignam. ⁊ si per annum in excōmunicatione persistiterint: sunt velut heretici cōdemnandi. vt in dicto capitulo. excōmunicamus. lo. i. in. §. i. vbi vero susciperet purgationem ⁊ in ea deficeret tāquam de crimine cōuictus haberi debet quod in omni crimine est generale vt capitulo iter solicitudines. de purg. cano. ⁊. c. tua. de coha. cleri. ⁊ mulie. Est ⁊ alius modus procedendi contra suspectos predictos: vt iuxta quantitatem suspitionis: ⁊ alijs debitis circumstantijs consideratis: discreta penitentia eis iniungatur atcz preter iuratoriam cautionem: ab ipis sufficiēs exigatur securitas scilicet de certa pena soluenda si penitētiam non impleuerit: vt saltem pene temporalis timore debeant coherceri. pro quo est textus. c. litteras de presumpt. in

si. ⁊ vbi ipsi in vita nō̃ implessent hāc penitentiam iniunctam: compellendi sunt eorum heredes eam adimplere per tex. in capitulo parrochiano de sepul. ⁊ capitulo in litteris. de rap. ⁊ capi. a nobis. Io. ii. de senten. excō. Secus autem si penitentia non iniuncta illi decessisset. vt. c. accusatus. §. porro. de here. libro. vi. Et vbi predictus suspectus obligasset bona sua pro huiusmodi penitentia sibi iniūcta adimplenda: transirent bona huiusmodi in quemcunqȝ etiam particularem successorem dictorum bonorum cum predicto onere. vt probat idem textus. §. si vero. qui tex. satis aperte terminat illam difficultatem: an pro delicto bona delinquentis sint tacite obligata fisco, de qua per glo. in. l. rescriptū. ff. de pactis. ⁊ in. l. aufertur. §. fiscus. ff. de iur. fisci. ⁊ per Bar. vtrobiqȝ. ⁊ etiam per eum in lege. post contractum. ff. de donat. ⁊ per illum textum dicti. c. accusatus. §. si vero videtur fundari ꝙ non inducatur illa tacita ypotheca secundum Petrum de ancho. ibi. sed ego dicerem ꝙ ille textus non facit ad propositum. loquitur enim de penitentia iniuncta suspectis de heresi: nō autem de bonorum confiscatione que fit ipso iure cōtra conuictos de heresi: hoc tamen indubie probat ille textus ꝙ pro penitentia alicui iniuncta non sunt bona illius tacite ypothecata: cum ibi expressa fuerit facta bonorum ypotheca. Quo ad questionem autem principalem Bar. in dicta lege rescriptum. tenet qȝ sint tacite ypothecata fisco: sed non tali ypotheca q̄ faciat preferri creditoribus ipsum fiscum: sed in dicta lege aufertur §. fiscus. ⁊ in dicta lege post contractum. indistincte tenuit tacitam ypothecam illo casu cessare: sed quia de hoc principaliter hic non agitur: remitto ad not. plene per Bal. in dicta lege rescriptum. vbi videbis longam distinctionem que enucuat istam materiam satis ad longum.

Questio decimasexta.

d Ecimosexto quero de pena imponenda contra credētes fautores ⁊ receptores hereticorum. hoc determinatur per textum in dicto capitulo excōmunicamus. §. credētes. de here. vbi tex. decernit tales excōmunicationi subiacere. ⁊ si taliter excōmunicatione notatus satisfacere neglexerit infra annum: extunc efficitur infamis ⁊ excluditur ab officiis publicis ⁊ consiliis: nec ad eligendos alios publicos officiales: nec in testem admittitur: ⁊ efficitur intestabilis actiue ⁊ passiue: ⁊ alie multe pene contra tales ibidem imponuntur: que causa breuitatis omittantur. Predicta vero sunt quatenus de credentibus loquuntur in his qui credunt hereticos fore bonos ad catholicos viros ⁊ fauent eis. Si tamen crederent eorum erroribus: eo casu essent heretici iudicandi tanquam a fide deuiantes. vt in capitulo pe. §. finali eodem titulo. Sed iuxta hoc quero: ex quibus actibus dicatur quis prestare auxilium siue opem aut fauorem hereticis. Archi. ⁊ Jo. an. in capitulo: quicunqȝ eodem titulo libro. vi. late prosequūtur hanc materiam. Sed tu dicas ꝙ interdum prestatur auxiliū de iure vtputa exercēdo officium aduocationis siue procurationis pro eis. ad quod faciunt no. per Hosti. in. c. proposuit. de cle. excō. mini. ⁊ tex. in. c. si aduersus de here. Quādoqȝ nō p viā iuris sȝ venie siue misericordie obtinende: ⁊ licet illud regulariter licitum sit vt. l. si fuerit. ff. de re. iu. ⁊. l. in metallū. ⁊. l. diuus. ff. de pen. tenet bar. in. l. in furti. §. ope. ff. de furt. In foro tamen conscientie dicerem: ꝙ ibi non esset spes de correctione illud esset illicitum ⁊ videretur impendi fauor delinquenti. Ad quod induco glo. xxiii. q. v. reos. Sȝ in crimine heresis generaliter dico nō licere: etiam vbi spes esset de correctione. Nam si hoc obtinet in crimine lese maiestatis: vt non liceat pro criminoso in illo crimine supplicare. vt. l. quisqȝ. C. ad le. iul. maie. a fortiori in crimine heresis locū habere debet. cū longe grauius sit eternā quā tēporalē ledere maiestatē. de

bere.vergentis. ad qd facit glo.vi.q.i.si quis cum militibus. Quandoque presta-tur favor alias extra iudicium ⁊ tunc pro sequere materiam vt late prosequitur glo. in cle.i.de pen.⁊ in.c.i.de offi.dele. ⁊ in capitulo notum.ii.q.i. ⁊ per Inno.de ho mi.sicut dignum.⁊ per Bar.in dicto.§. opc.⁊ per Sali.in.l.nō eo minus.C.de accus.⁊ licet alias receptatores delinquē tium si eorum sunt consanguinei mitius puniantur.vt in.l.ii.ff.de recepta. Hoc tamen non putarem in hoc crimine here sis locum habere:tum ⁊ pro delicto pa-tris filij puniantur propter tanti crimi nis atrocitatem.vt dicta.l.quisquis.⁊ di ctum.c.vergentis.⁊.c.quicunque.§.filij.eo dem titulo libro.vi.licet ipsi non delin-querint:quantomagis non esset eis ha-benda misericordia vbi tales flagitio-sissimos receptarēt:eorum delictis quo-dammodo per hoc cōmunicantes.sed in hoc vltimo cogita.

Questio decimaseptima.

Decimoseptimo quero: An penam inflictam a iure cōtra hereticos possint iudices q de heresi iudicant minuere vel etiam ex causa augere aut mutare. Respondeo ꝙ sic. Nam hoc est generale in omnibus crimi nibus vt in.l.quidergo.§.pena gravior ff.de his qui no.infa.⁊.l.⁊ si severior.⁊ lege si possidonium.C.ex qui.cau. infa. irro. Unde hec regula non reperiatur violata in crimine heresis debet idem in eo quod in alijs iudicari. Que autem sint iuste cause minuendi penas delicto-rum ad hoc respondet glo.in dicto.§. pe na gravior.dicens multas fore causas. Potest enim minui pena ratione senectu tis vel iuventutis.vt.l.auxilium.§.in de lictis.ff.de minor.vel quia sine dolo de-liquit.ff.de peni.l.si quis aliquid.§.in strumenta.⁊.l.absentem.§.finali.⁊ lege respiciendum.§.delinquunt.eodem titu lo. Augeri autem possunt pene quando multitudo ē in delicto:quia multis cras santibus opus est exemplo.ff.de penis.

aut facta.§.finali.Sed istud vltimum li mita verum vbi multitudo illa paciēter ⁊ sine scandalo penam sustineret.si tamē scandalum timeretur de punitione mul titudinis detrahendū esset propter mul titudinē severitati ⁊ rigori:ita tenet glo. not.in capitulo cōmessationes. xlini.di. ⁊ in capitulo latores.de cleri.excō.min. At vbi multitudo vellet errorem suum pertinaciter defendere severe essent puni endi vt voluit glosa in dicto capitulo cō messationes. ⁊ in capitulo quotiens.lo. .ii.i.q.vii.vel si confidentes in multitu dine vsum peccandi sibi fecissent.vt in.c. ꝓmo de peni.di.vi. Si tamen ista cessa rēt ⁊ parati essent illi multi corrigi ⁊ de eorum correctione esset spes:ex misericor dia mitius esset cum eis agendum.l. di. vt constituerentur.⁊ capitulo fi.de trāsac. ⁊ dicto capitulo cōmessationes.cum mul tis si. Quot autem dicantur multi.vide glo.in dicto capitulo latores .De modo autem extirpandi vicium a multitudine videlicet.not.in dicto.c. cōmessationes. ⁊ de modo puniendi multitudinem delin quentem.vide omnino tex.in dicto capitulo latores. Que autem sint consideranda in agendis siue diminuendis penis:vide textum in lege respiciendum.⁊.l.aut fa cta.ff.de penis.⁊ in.l.ii.ff.de termi. mo. ⁊ glo.ii.q.iii.§.notandum. Reperitur ta men vnum speciale iuxta hoc in crimine heresis:quod licet sit regulare i alijs cri minibus quod vbi pena venit ex causa augenda vel minuenda:illud debet iu-dex facere in sententia:non autem potest post sententiam vt volunt glosa in dicto §.pena gravior.⁊ dicta lege. si severior. in tantum vt etiam si de innocentia con dempnati post sententiam constet: id ta men quod sententiatū est sine principis licentia immutari non potest.vt in.l.i. §.fi.ff. de questi.⁊.l.divi.ff. de penis.tā men in hoc crimine est speciale vt etiam post sententiam possit pena mitigari vel mutari cum visum fuerit iudicibus expe dire:vt est no.tex.in.c.vt cōmissi.§.nec nō de here.li.vi.Sed illum tex.ego intellige rem stricte in terminis in quibus loqtur

cum derobiret a iure communi: videlicet quando redeuntibus ab heresi vel alias suspectis est imposita pena carceris vel alia huiusmodi. Secus autem ubi quis esset tanquam hereticus condempnatus quod enim non mutatur quare stare prohibetur. C. de testa. sancimus. et de appel. l. precipimus. Unum tamen non omittam quod alteratio pene que est necessaria nedum potest fieri in sententia: sed etiam post sententiam. unde si condemnatus in pecunia propter crimen non potest soluere: iudex ex internallo poterit ad penam corporalem permutare. et hoc obtinet in quocumque crimine. pro hoc. ff. de in ius uo. l. finali. et de iure. om. iudi. lege si quis id quod. §. seruos. Cautius tamen faciet iudex si formet sententiam bimembrem. hoc modo videlicet: condemnare in pecunia et nisi solueris infra talem terminum mando quod patiaris talem penam corporalem. ita. not. Bal. in dicta lege. et si seuerior. faciunt not. in simili per eum in lege cum iudex. C. de sententijs.

Questio decimaoctaua

D Ecimooctauo quero. An in causa heresis liceat appellare. Et distingue: quia aut est lata diffinitiua: et ab ea non licet appellare ut in capitulo. ut inquisitionis. §. i. de here. libro. vi. ibi cum dicit condemnatos. Aut grauamen contingit in processu cause. et tunc potest appellari secundum Archi. ibi. Nam nulli est neganda legittima defensio de excep. cum inter. et ne innocens grauetur premissum est omnibus oppressus appellare. ii. q. vi. c. ii. et iii. nec obstat ille tex. in dicto capitulo. ut inquisitiones. secundum eum. imo facit pro quo loquitur de illis de quibus iam constabat per sententiam latam fore hereticos. Sic etiam constitutio Innocentij. iiii. de qua hic fit mentio dicit. Item appellationes et proclamationes huiusmodi personarum et cetera: et alia constitutio que incipit. Commissi nobis celitus sic dicit. igitur proclamationis et appellationis beneficium ab hereticis receptatoribus et fautoribus eorum penitus amouemus. Ex quibus verbis apparet quod de hijs quos hereticos esse constat predicta iura loquuntur. Idem sequitur ibi Jo. an. Hij enim quos constat esse tales nullo iuris beneficio gaudere debent. ut in auct. de priuile. dot. circa medium. et in tam graui crimine cum multa debet cautela procedi. de here. ut officium. §. verum. li. vi. Idem. Gen. idem sequitur Domi. qui ex predictis infert quod ubi lex vel statutum tollit remedium appellandi a diffinitiua: non videtur tollere ab interlocutoria quod est notandum. et pro hoc ego induco doctrinam Inno. in capitulo significauerunt. de testi. et in capitulo pe. de no. ope. nunc. ubi tenet quod et si in iudicio possessorio non admittatur appellatio. ut i lege vnica. C. si de momen. po. Illud tamen est verum in diffinitiua quo casu iura loquuntur. secus autem in interlocutoria de qua non disponunt: tollendo remedium appellandi ab ea. quod etiam iustificari posset: quia eo magis admittenda est in hoc casu appellatio ab interlocutoria: quia grauamen non est reparabile per appellationem a diffinitiua per ea que no. in. l. ante sententiam. ff. de appl. non reci. et in. l. ante sententiam. C. quo. appel. non reci. et per glo. in cle. i. de here. in versi. ipso iure. que optime facit ad hoc. Aduerte tamen iuxta hoc quod quantumcumque lex vel statutum tollat appellationem: non tamen tollitur facultas appellandi: ubi propter dolum iudicis vel aduersarij esset sententiatum. et presumitur dolus in iudice si erat capitalis inimicus eius contra quem pronunciat. ut. ff. de arbi. lege non distinguemus. §. cum quidam probatur autem predicta conclusio ex tex. l. dicam proferri. §. stari. iuncta lege ita demum. ff. de arbi. et l. iii. C. eo. Dolus autem aduersarij colligitur ex hijs que dicit tex. in dicta. l. ita demum. videlicet si corrupit iudicem: vel pecunia: vel ambitione: vel aduocatum: aut procurationem partis aduerse et generaliter si in lite dolose versatus est. et hanc conclusionem firmat bal. in capi. pastoralis. §. fi.

deoffi deleg.

Questio decimanona.

D Ecimonono quero de execu tione fienda contra condemnatos de hoc crimine. In quo est dicendum ꝙ si sunt ecclesiastici viri: tunc per inquisitores ⁊ ordinarios fiet executio in bonis eorum. Ubi vero seculari iudici sunt tradendi: debent prius a suis ordinibꝰ degradari. quod generale est in omni crimine vt in. c. cum non ab homine. de iudi. ⁊ in. c. nouimus. de ver. signi. vbi textus dicit ꝙ cū maxima clementia per ecclesiasticum iudicem sunt tradendi precibus interpositis apud eum: ne ad mortem vel membri mutilationem procedat Secularis tamen potestas faciet executionem corporalē prout iura volūt. Illud enim cōuenit iudici ecclesiastico propter suam modestiam ⁊ ecclesie clementiam. ⁊ hoc incumbit seculari iudici propter rigorem discipline ⁊ iustum conseruandū. In degradatione autem predictoruz reperitur specialiter in hoc crimine statutum: vt non requiratur numerus episcoporum de quo in capitulo degradatio. de pen. libro. vi. ymo quia tantus episcoporum numerus faciliter conuenire non potest. Solus episcopus conuocatis abbatibus aliisq; prelatis ⁊ religiosis personis: ac litteratis sue diocesis de quibꝰ sibi expedire videbitur: poterit eos degradare. vt in. c. i. de here. li. vi. ⁊ licet ille textus. dicat ꝙ ille persone conuocate debeant esse de diocesi. vbi tamen ibi nō reperirentur recurrendum esset ad aliā diocesim vt dicit ibi. Jo. an. in nouel. Sed occurrit iuxta hoc dubitatio: An ista degradatio debeat fieri tantum vbi cleric⁹ traditur curie seculari mortis supplicio deputandus. An etiam sit idem quando debet perpetuo carceri mancipari. iuxta formam. c. excommunicamus lo. ii. co. ti. Panor. mouet ibi questionem. ⁊ tandez concludit etiam in secūdo casu: scilicet perpetui carceris habere locum predictam degradationem. pro quo facit secundūz eum aperte textus in dicto capitulo. s. ibi cum dicit: aut perpetuo immurādus ⁊ cetera. Si vero laici fuerint de hoc crimine condempnati: statīz sine alio adminiculo seculari sunt relinquendi iudicio: animaduersione debita puniendi. Potestates autem siue iudices ⁊ alii domini temporales officiales siue eorūz nuncii: taliter sibi relictos statim recipiant ⁊ sine dilatione debita animaduersione puniant. non obstantibus appellationibꝰ per eos interpositis aut interponendis cum tam secundum ius canonicum quaz etiam secundum legem imperialem: appellationis remedium sit hereticis fautoribus ac eorum receptatoribus ⁊ defensoribus interdictum vt in capitulo vt inquisitionis. de here. libro sexto ⁊ ex illo tex. infert ibi glo. ꝙ sententia lata in causa criminali debet statim mandari executioni non expectato lapsu decendii. sed ille textus iudicio meo probat contrarium: cum ibi permittatur fieri executionem incontinenti ex eo quod in crimine heresis non admittitur appellatio vt dicit ibi textus. ergo vbi appellatio non excluderetur: quod est regulare in omnibus criminibus in tantum quod in eis nedum condempnato: sed etiam tertio permittitur appellare. ff. de appl. nō tātum. esset. differenda executio nec statim esset fienda. de materia tamen quia non est presentis speculatiōis remitto ad no. per Bar. in dicta lege. non tantum. ⁊ latius per eum. lege qui vltimo. ff. de peni. ⁊ per Bal. lege. aditos. C. de epi. audi. ⁊ in lege vnica. C. ne ex deli. defun. Consuetudo tamen habet quod in quocumq; crimine non expectato decendio ad appellandum mandatur incontinenti sententia executioni quo ad penam corporalem. quod intellige vbi non esset appellatum de quo remitto ad no. per doctores in locis p̄dictis. ⁊ per canonistas in capitulo secundo de re iudi. ⁊ quo magis sint astricti huiusmodi seculares potestates ⁊ officiales contra hereticos huiusmodi executiones facere: statutum est quod ad requisitionem diocesanorū seu officialiū suorum: aut inquisitorū heretice prauitatis iurēt precise attēdere atq;

inuiolabiliter obseruare ⁊ facere a suis
subditis obseruari toto tēpore sui regi
minis in terris sue iurisdictioni subiec-
tis: cōstitutiones editas cōtra hereticos
credentes fautores ⁊ receptatores atq̄
defensores eorum ipsorumq̄ filios ⁊ ne-
potes. ⁊ qui iurare id noluerint ⁊ serua
re velut heretici ac de fide suspecti ⁊ in-
fames officio ⁊ honore sui reginimis spo
lientur ⁊ sunt inabiles ad officia publi-
ca de cetero cōsequenda. vt in. c. vt officiū
§. fi. de here. li. vi. ⁊ vltra hoc predicti om
nes si executionem sibi iniunctam contra
hereticos prefatos delatā prompte pro
ut ad suum spectat officiū facere seu ad
implere detractent: aut alias sententiā
vel processum iudicum qui super hoc cri
mine procedunt directe vel indirecte im
pedire presumpserint: ⁊ q̄ scienter in pre
dictis dederint cōsilium auxilium ⁊ fauo
rem: excōmunicatiōis sententiā ipso facto
incurrunt. quam si per annum animo su
stinuerint indurato: extunc velut hereti-
ci sunt cōdempnandi. vt in dicto. c.. vt in
quisitionis. §. prohibemus. Ex quibus
aperte monstratur q̄ solliciti ⁊ attenti
debeant esse seculares potestates ⁊ offi-
ciales circa ea que super hoc crimine eis
incumbunt peragēda. horrendūq̄ est q̄d
potestates ⁊ domini tēporales qui eos
debite modo predicto nō puniunt: imo ⁊
qui deterius cōmictētes eis fauent. illud
domini iudicium per eos prophete pro-
latum incurrant: quia dimisisti virū di
gnum morte d manu tua: erit anima tua
pro anima eius: ⁊ populus tuus pro po
pulo eius. vt habetur. iii. Regū. xx. multa
etiā flagella diuine vltionis que in popu
lo propter hoc detestandū crimen seuire
quoti die cernim⁹: habita de eis vin-
dicta misericorditer tollerentur. vt cōtin
git in simili casu. iii. Regū. xviii. Ex pre-
dictis infertur ad questionem que in hac
materia est satis necessaria. pone q̄ iu-
dex ecclesiasticus tradit cōdempnatū de
heresi iudici seculari vt ipm puniat. An
iudex secularis possit petere a iudice ec-
clesiastico vt cōmunicet sibi processum
quem fecit contra cōdempnatū: vt sic vi-
deat: an iuste fuerit processum contra eū

vel nō: vt in euentum procedat ad exequē
dum sententiam contra ipm vel nō. bar.
in. l. diuus. ff. de custo. ⁊ exi. re. tenuit q̄d
non tenebitur ad executionem faciendam
procedere: nisi processus sibi exhibeat ur
⁊ idē tenet in. l. magistratib⁹. ff. de iuris.
om. iudi. ad quod allegat tex in dicta. l.
diuus. ad idem mouetur quod habetur in
auct. de sanct. epi. §. si vero. sed Pandor.
in. c. i. de offi. or. reprehendit in hoc. bar.
⁊ dicit contra ipm esse tex. expressum in
dicto. c. vt inquisitionis. §. prohibemus.
vbi dicitur q̄ de crimine heresis cum sit
mere ecclisiasticum neq̄ directe neq̄ indi
recte potest iudex secularis cognoscere.
sed pura ⁊ nuda executio ad eū pertinet
ad requisitionem iudicis ecclesiastici. Et
hec opinio satis placet: quia fundatur a
perte per dictum. §. prohibem⁹. Sz ego
limitarem hoc procedere vbi daretur de
iniusticia contra sentētiam ad impedien
dum executionem. ad quod etiam faciūt
not. per Inno. in dicto. c. i. de offi. iordi.
⁊ in. c. cū in iure. de offi. deleg. ⁊ p Arch.
xxiii. q. v. administratores. vbi tamen di
ceretur eam fuisse nullam ⁊ de hoc exci
peretur ad impediendam executionem:
tunc admittēda foret hec exceptio per iu
dicem secularem exequentem: dūmodo in
breui posset de ea constare nec requireret
altiorem indaginem: iuxta not. per bar.
in. l. iiii. §. condempnatum. ff. de re iudi.
Nam nullitatis exceptio impedit execu
tionem sententie vt in dicto. §. cōdempna
tum. ⁊. l. si cum nulla. eo. ti. ⁊. c. de cetero.
de re iudi. ⁊ per glo. in. c. pastoralis. §. qz
vero. de offi. dele. ⁊ per Inno. in. c. cuz in
iure eo. ti. Nec obstat tex. in dicto. c. vt in
quisitionis. §. i. in fine. vbi dicit q̄ iudex
secularis statim recipiat condempnatos
de heresi ⁊ indilatet sententiam exequa
tur contra eos. nam ille tex. loquitur de
condempnatis de crimine predicto. Con
stat autem contra quem sententia lata
est nulla non esse condempnatum. vt cla
re dicit textus in dicto. §. condempnatū.
Similiter nec obstat textus in dicto. §.
prohibemus. eiusdem capitulo. quia hic
non cognoscit iudex secularis de crimi-
ne heresis: quod ibi interdicitur. Sed

rantum de nullitate sententie quod ibi-
dem minime prohibetur. Et pro hac cō
clusione multū faciunt ea que notat An
gelis. consilio. cclxxv. addo etiam aliam
limitationem ad predicta ꝙ vbi iudici
seculari alias constaret sententiam fore
iniustam: non deberet ad eius executionē
procedere: ne animam suam dampnaret
iuxta not. per Inno. in dicto. §. quia ve-
ro. c. pastoralis. et si cogeretur per iudicē
ecclesiasticum per censuras et alias iuris
penas potius debet ista humiliter tolle
rare quam mortem iniustam alicui īfer-
re ar. c. inquisitioni. de sent. exc. neqꝫ per
hoc dici potest qꝺ se intromittit de hoc
crimine cōtra dispositionem dicti. §. pro
hibemus. quoniam non se intromittit co
gnitionem super predicto crimine assu-
mendo quod ille tex. prohibet. sed ex cō-
scientia priuata quam habet crimen ho
micidii declinando quod quemlibet vi-
rum catholicum decet. et est aliud īspecia
le in hoc crimine qꝺ pro executionibꝰ fa-
ciendis et auxilio inpendēdo contra he-
reticos poterunt ecclesiastici iudices re-
cursum habere ad potestates et iudices
seculares excōmunicatos: et de facto et nō
de iure officia illa et dignitates possiden
tes: dūmodo sine periculo more ad supe
riores eorum legittime presidētes recur
sus nequeat haberi. vt probat tex. c. pre
sidentes. de here. li. vi. ex quo tex. per lo-
cum a speciali dicemus cōtrariū in aliis
casibus vt ad tales non recurratur. Ex
quo poteris assumere nota. limitationē
et intellectum ad omnia iura que dicunt
qꝺ iudex ecclesiasticus debet recurrere ad
auxilium iudicis secularis quando opꝰ
est. xcvi. di. cum ad verū. et. xxiii. q. v. prin
cipes. de offi. ordi. c. i. et econtra secularis
ad ecclesiasticum. nam vna potestas per
aliam iuuatur. x. di. c. quoniaꝫ. ad quod
etiam faciunt no. per Inno. in. c. licet ex
suspecto de fo. cōpe. et in dicto. c. i. de offi.
ordi. et per idem intelliges no. per Bar.
in. l. vnica. in prin. ff. si quis ius di. non
opten. vbi dicit qꝺ etiam inter seculares
iudices potest vnus implorare auxilium
alterius potentioris. C. de hiis qui latro
ocu. l. ii. omnia enim ista debent intelligi
modo predicto. et per eundem modum li
mitabis etiam not. per Vin. et Jo. an. in
c. per venerabilem. §. rationibus. qui fi.
sint legi. vbi per illum tex. dicunt qꝺ si
causa committitur episcopo Paduano et
duo sunt electi: alter canonice: et alter nō
qꝺ intelligitur cōmissa existenti in cano-
nica possessione. et idem tenet Archi. xi. q.
i. si quisquam. debet enim intelligi de il
lo qui bona fide esset in possessione. secꝰ
autem si de facto tantum esset intrusus
per predicta.

Vicesima questio.

u Icesimo quero: An redeun-
tes ab heresi indifferenter
sint admittēdi. et an euadant per hoc pe
nas criminis. Archi i. c. vt cōmissi. §. nec
non. de here. li. vi. dicit qꝺ illi qui veniūt
infra tempus gratie admittendi sunt: li-
cet enim fuerint moniti: non tamen sunt
coacti ex quo a nemine sunt preuenti. be
eti. qui ergo dicit illud esse permissum debet illud probare. ⁊ ex hoc clare patet responsio ad illud motiuū hosti. ⁊ hoc forte considerauerunt Jo. an. ⁊ fran. qui recitauerunt illud dictum hosti. quantum ad primam partem dicentis qđ intra ecclesiam, non poterat in capella clericꝰ dicere horas cum socio. illam tamen secundam partem de extra ecclesiam obmiserunt tanquam de ea dubitantes: ⁊ forte eam non credentes ex quibus concluderem quod extra ecclesiam puta in camera nō poterunt duo simul dicere horas sed vnus tantum. Nota tamen multum illud quod predictum est qđ nec extra ecclesiam in aliqua capella minus. ergo in claustro ecclesie hoc licebit: vel in aliqua claustri capella vt non nunquam aliqui faciunt. ⁊ male quod probatur. nam ista permissio est in ecclesia. vt in dicto capitulo. qđ in te. ⁊ ī dicto capi. alma claustrū tamen ⁊ eius capelle non sunt in ecclesia sed extra. vt est textus in. c. si ciuitas de sen. ex. li. vi. facit etiam quod not. Jo. de ymo. in cle. si dominū de reli. ⁊ ve ne. sancto. In quattuor tamē festiuitatibus scilicet in Natiuitate domini. in festo Resurrectiōis. Penthecostes. Assumptionis virginis gloriose de quibꝰ in. c. alma. §. in festiuitatibus licitum est ianuis apertis. pulsatis campanis; voce alta excomunicatis ⁊ interdictis exclusis celebrare diuina. vt in dicto. §. in festiuitatibus. Idem dicendum hodie in festiuitate corporis christi tum suis octauis. vt in bulla eugenij continetur. Circa tamen istas solemnitates occurrit dubitatio. an in eis possit corpus christi ministrari sanis ad quod respondetur qđ nō nam tantum celebratio diuinorum illis diebus est permissa. non tamen sanorum cōmunicatio. ⁊ cum maneat dictis diebꝰ interdictum non debet vlterius violari quam reperiatur dispositum. cum ergo hic non reperiatur permissum non erit admittendum ita notat Jo. an. in dicto §. in festiuitatibꝰ in nouella. vt colligit ī dicto capitulo, quod in te. Dubitatur etiam an in predictis festiuitatibus possit concedi ecclesiastica sepultura. ⁊ glo. in cle. i. de sepultu. tenuit qđ non. contrarium tenet Calderinus in tractatu de ecclesiastico interdicto. Sed opinionē glo. tenent Fran. ⁊ Jo. de ymola. in dicto cle. i. de sepulturis. Itē in dicto. §. in festiuitatibus nec alibi hoc reperitur permissuȝ. Et qđ magis est supposito qđ mortuus extra ecclesiam sepeliatur non poterit pro eo dici officium intra ecclesiā quia censetur accesorium ad sepulturaȝ: cum ergo sepultura sit prohibita vt dictum est ergo. ⁊ officium ꝙ est accessoriuȝ ita determiāt Jo. de ymo. in dicta. cle. i.

Est ergo magna dubitatio an in predictis festiuitatibus potest dici cōpletorium in scdis vesperis. ⁊ glo. in. c. alma. tenuit qđ non. quia in primis vespis inchoatur officium. ⁊ terminatur in scdis.

Sed quidam tenuerunt contrarium. tucius tamē est ab illius celebratiōe cessari. Unde tamen est qđ si nō cesse[t]ur propter concursum opinionum potest excusari qui huiusmodi cōpletoriū celebrauerit qđ nō debebit ad ire ad apo. se. p dispensatione. sed legatus poterit cū eo dispensare. ita not. Jo. an. in dicto. c. alma. in nouella. Sed ibi dominicus tenet posse cōpletorium celebrari: quia in diebus festiuitatum predictarū permittuntur hore. quia illud est illius diei.

His primo principio suppositis a pn cipale quesitum. s. an celebrans in loco interdicto incurrit irregularitatem. Dicendum qđ scienter hoc facit non incurrit vt notatur in. c. is. qui de sen. ex. li. vi.

Idem dico si ignoranter ignorantia crassa aut supina cum quo ad irregularitatem contrahendam ista equiparentur. vt i. c. apostolice de cleri. ex. mi. istud no. glo. in dicto. c. is qui in. §. fi. Et intellige crassam ⁊ supinam ignorantiam esse modo quo supra dictum quo ad irregularitatem contrahendam de excōmunicatione ageretur hoc tamen ita sane ē intelligendum si iste durante interdicto propter obseruationem predictaȝ administret aliquod officium certo ordini reseruatum de iure vel de consuetudine. et intelligo eo modo quo dixi supra cuȝ de excommunicato celebrante ageretur.

Ultra hoc etiam dicendum predictam penam irregularitatis habere locum in ep̄o vel in alio clerico qui facit corā se celebrari tanq̄ auctoritatem prestans ita not. Inno. quem sequitur cōmunis opinio docto. in. c. tanta de exces. prela. Dicit etiam abb. ibi vnū valde notabile ꝙ si ep̄us vel alius potens inter est celebrationi ille videtur auctoritatem prestare ad quod posset induci id quod no. ipse ⁊ probat tex. in. c. litteris de exces. prela. ⁊ hoc nota quod valet ad multa. Et poteris idē dicere pro ratione in eo qui cū sit suspensus vel excōmunicatus maiore excōmunicatione facit coram se celebrari vel posito ꝙ nō faciat interest celebrationi ⁊ si est ep̄s vel alius potēs. Alij aūt audientes diuinum officium tēpore interdicti non incurrunt irregularitatem peccant. tamen quia faciunt quod a iure eis vetitum est. ita notat hosti. in dicto. c. tanta. Ultra predicta aūt violans interdictum modo predicto efficitur irregularis vt in. c. i. de postu. prela. Item non potest exercere ea que sunt iurisdictionis nec iudicare nec excōmunicare vel interdicere vel collationes beneficiorū facere. vt probat tex. in dicto. c. tanta. Rationē dat ibi abbas ꝙ cum iste ex irregularitate sit suspensus ab officio iurisditionali non potest exercere illud ad qd̄ induco illud qd̄ notatur in. c. cum dilectus de consuetu. vbi notatur ꝙ suspensus ab officio non poterit exercere iurisdictionalia cum illa pendeant ab ordine: nam nō ordinatus non poterit illa exercere tanq̄ incapax vt in. c. ii. de iudi. Suspensus ergo ab ordine vel ab officio censetur suspensus ab eo quod pendet ab officio.

Ex quibus infertur idem esse equali ratione in omni irregulari ⁊ hoc no. Sed iuxta premissa quero an quemadmodū celebrans in loco interdicto incurrit irregularitatem. ita cōmunicans in crimine criminoso puta quia iuuat illum qui celebrat in loco interdicto. idem dico de cōmunicante in celebratione excōmunicato vel suspenso. Jo. cal. in tractatu de ecclesiastico interdicto tenet ꝙ sic. ar. eius qd̄ de excōmunicatione dicimus de cōmunicante in crimine criminoso vt eandē excōmunicationē incurrat vt in. c. nuper. ⁊ in. c. si cōcubine de sen. ex. li. vi. Sȝ dn̄icus in. c. is cui. de sen. ex. tenet cōtrarium. nā primum actum cōmunicās in crimine criminoso. nō incurrit excōmunicationē eandē vt notant docto. in. c. contingit de sen. ex. facit glo in cle. eos de cōsan. ⁊ affini. ⁊ in cle. i. de reli. domi. Item quia irregularitas nō cōtrahitur nisi in casibꝰ a iure expressis. vt ē tex. in dicto. c. is qui. iste tamen casus nō est in iure expressus. Propterea cōmunio est prohibita cum excōmunicato nō aūt cum suspenso vel cū celebrante tp̄e interdicti. Itē nec cū excōmunicato dicitur cōmunio ad incurrēdum maxime excōmunicationē. nisi cōmunicet in eo crimine pro quo erat iste excōmunicatus. vt in dictis iuribus qd̄ cessat in proposito cū iste cōcelebrans nō sit excōmunicatus vel suspēsus. ⁊ sic nō cōmunicat celebranti in crimine. cū ille excōmunicatus vel suspensus celebrat. nō ergo cōmunicans in celebratione est irregularis nec excōmunicatus. Ego tamē crederem hoc in eo qui nō est excōmunicatꝰ vel suspensus cum celebraret secus in excōmunicato vel suspenso cōcelebrante vel incōcelebrante tēpore interdicti. nam videtur ꝙ iste ligetur: nam cum iste cooperetur principaliter celebranti in illo delicto puta in illa illicita celebratione. videtur ꝙ liget̄ eadē pena ꝑ ea que not. in. c. i. de offi. dele. ⁊ sic eandem icurrit irregularitatem. cogitandi tamen in hoc.

Sed vlterius quero an quemadmodum violans interdictum modo predicto icurrit irregularitatem idem sit inuiolante cessationem. ⁊ loquitur incessatiōe generali. Inno. i. c. irrefragabili de offi. ordi. tenet qd̄ sic. idem tenet Jo. an. in. c. si canonici de offi. ordi. li. vi. secꝰ dicit in cessatione speciali diuersitatis. ratio est scd̄m eū. qꝛ specialis cessatio nō equiparat̄ interdicto. secꝰ in generali per tex. in. c. nō ē uobis de espon. ⁊ i cle. i. de sen. excōi arebi. tenet ibi cōtrariū. ⁊ abb. in. c. dilectis de appe. ꝑ quo facit nā irregularitas nūq̄ contrahitur nisi in casibꝰ expressis a iure. vt in. d. c. is qui. iste tamē casus nō ē. ex-

pressus in iure nisi tantum interdicto. nõ
tamen in cessatione. Item hic confir-
matur nam non per omnia equiparatur
cessatio generalis interdicto. nam cessa-
tio est quod facti per eam tamen suspen
duntur organa diuine laudis. hinc est quod
appellatio superueniens eam non suspẽ
dit cum sit facta. cuius contrarium con-
tingit interdicto vt probat tex. in dicto. c.
is qui. §. fi. Sed predictis non obstan
tibus prima opinio videtur verior. nam
cum a iure ista equiparentur vt proba-
tum est. dispositum in alio habebit locũ
in alio. Et si dicas quod in cessatione non
reperitur hoc expressum. imo contrariuz
dicendum est nam cum a iure ista equi-
parentur. dispositũ de vno censetur dis
positum in alio. Ad quod optime fa-
cit nam si in penis dicamus quod illi nõ de
beant exercere casum non expressum extẽ
duntur tamen ad ea que de iure sint equi
parata. ita tenet glo. et sequitur Bar. et
docto. in. l. si quis seruo. C. de furtis. et
Bal. in autentica quas actiones. C.
de sacrosan. presertim quia vbi eadẽ ra
tio subsistit expressum in vnum censetur
expressum in alio. vt not. tex. insti. de le-
gatis in prin. Nec obstat quod per
omnia non equiparentur. nam quantuz
ad celebrationem et modum et obseruan
tiam eius equiparatur vt est tex. in dicta
cle. i. de sen. ex. que multũ facit in hac ma
teria quod sufficit etiam si quo ad alia
que propositum nostrum non tangunt
sint dissimilia. ar. eorũ. que no. per abb.
in capitulo transacto de consti.

Terius dixi quod percusor in
currit irregularitatez iuxta
hoc tamen dicendum quod aut
percussio fuit facta citra mor
tem vel membri detroncationem. et non
incurrit percusor irregularitatẽ. Aut
fuit factum cum mutilatione membri vel
occisione. et tunc incurrit irregularitatẽ.
vt est tex. in cle. si furiosus de homi.
Et quia fit mentio de membro aduertẽ
dum quod membrum est quod habet per se of
ficium distinctum. vt manus. et pes. et au
ris. et huiusmodi. Digitum autẽ non
est membrum. quia non habet per se offi
cium distinctum. sed est pars membri.
ita notat Bar. in. l. fi. de publi. iu. §. et per
hoc. et dicit ibi angel. quod cum virilia sint
membra amputãs alicui virilia dicitur
membri mutilator. et per hoc posset dici
quod incurrat irregularitatem. Sed iux
ta hoc quero quid si aliquis non amput
tat alicui membrũ sed debilitat et ina-
bilem reddit an incurrat irregularitatẽ
Et videtur primo quod sic. quia nihil et
inutile equipollent vt in. c. inter corpora
lia de trans. epi. vel electi. Contrariuz
tamen determinat Franciscus. quem se-
quitur abb. in. c. i. qui clerici vel vouen-
tes. quia nullo iure cauetur hoc. Itez
quia non per omnia quo ad paria iudi-
cantur membrum debile et mutilatũ sal
tem propter deformitatem. His pre
missis quero an homicida indistincte in
currit irregularitatem. Et quod dicã de
homicida intelligo per omnia in eo qui
mutilat membrum cum ista a iure equi-
parentur quantum ad irregularitatem
contrahendam vt predictum est. Cir
ca hoc considerandum quod homicidiuz cõ
mittitur tam facto quam precepto siue con
silio. Aut defensione vt ditto tex. in. c.
enricus in fi. de cleri. pug. in duelo. et i. c.
si quis viduam. l. di. Aut facto aliquo
modo voluntate et in aliquo casu. Si
voluntate aut percussio quis animatum
aut inanimatum. si animatum incurrit
quis irregularitatem. et si iuste et merito
rie occidat vt contingit in iudice iuste oc
cidente. vt in. d. cle. si furiosus. Item
in occidente sarracenum vel alium inimi
cum fidei vt in. c. petitum de homi. quod
procedit nedum si per se occidat volun
tate. sed si causam dedit homicidio. vt in
capi. de cetero de homi. quod intelligi de
bet si causa sit propinqua secus si sit re
mota vt in. l. qui domuz. ff. locati. ita no.
glo. in dicto capi. de cetero. Sed huic
ob. c. presbyterum de homi. vbi videtur
quod supposito quod percussio illa non intu
lerit inmediate mortem si tamen ocasi-
one illius. et ex illa aliam infirmitatem
incurrit imputari debet percucienti tale
homicidium ad eo quod incurret irregu
laritatem. et sic causa remota incurrit irre

gularitatem ꝛ sic causa remota incurrit irregularitatem. Dicendum ꝙ illa causa non est remota sed coherens. imo causans ipsam causam imediatam. ꝛ que religiosis aderent religiosa sunt. vt in. l. ꝗ religiosus. ff. de rei. vē. ita tenet Jo. an. in dicto. c. de cetero. ꝛ hic nota. pro intellectu istius materie. ꝛ dicitur causa remota que non est ordinata ad illud qd̄ inde secutum extitit. Et aduertendum qd̄ ista non imputatur nedum id ante operam rei licite sed etiam rei licite. sed etiā rei illicite. quia remota est ita notat baheri in dicto. c. de cetero expredictis infertur ad questionem pone ꝙ ego percussi aliquem illa tamen percussio tamē erat letalis. sed propter incuriā suam vel propter impericiam medicorum ille vulnere decessit an de eo irregularis. Guill. de monte lau. mouit questionem in. d. cle. si furiosus. ꝛ concludit ꝙ sic ad qd̄ allego tex. expressum in. c. exhibita de homi. vbi apparet ex tex. ꝙ mors non fuit secuta ex culpatoris tamē percussor ab irregularitate

Primum quia ibi debent doctores signanter abb. ille qui egecit lapidem dabat operam rei licite ergo al'. imputaretur ei homicidium illud quod contingerat non ex vulneris quantitate. sed propter impericiam medicantis ꝛ incuriam patris pueri vt dicit ibi tex. Quid tamen si vulnus erat letale. non tamen ex eo fuit secuta mors forte. quia alius occidit nunquid ille prius qui letaliter percussit sit irregularis. Rn̄detur qd̄ illi incurrit irregularitatem pro quo ex tex. no. in c. significasti d' homi. ꝛ ita notat ibi glo. ꝗ secuntur ibi docto. sufficit enim qd̄ ibi interfuit animus. Et si dicas quod ad irregularitatem requiritur actus consumatus. nec sufficit voluntas etiam cum atēractu. no. glo. in. c. exhibita de homi. ꝛ in. c. sicut dignum de homi. Dicendū qd̄ ibi actus fuit secutus etiam si per alium qd̄ sufficit vt in dicto. c. signifi. ꝛ hoc est not. Ubi tamen de se vulnus eēt letale si tamē mors non esset secuta: nec ex vulnere illo nec ex alio nō incurrit irregularitatem ille percussor quia factuz cōsideratur ad irregularitatem contrahen-

dam nec sufficit animus vt predictū est. Et ex hijs infertur ad questionē pone qd̄ ego habebam in domo vrsum vel leonuz ille occidit aliquem ego incurro irregularitatem. Inno. dicit qd̄ non in. c. ad audientiam de homi. quia illa causa est remota que non debet attendi vt predictū ē. tamen dicit contrarium si est aliquid qd̄ ei imputetur. ꝛ hoc vltimum videtur esse verius si non tenebam illa animalia ligata vt. d. glo. in. l. ii. ff. si quadru. pau. fe. di. ita tenet Fran. in dicto. ad audientiam. Ex hijs infertur qd̄ acusator criminalis cause secuta morte vel membri mutilatiōe erit irregularis quia dat causam homicidio. Item iudex. item aduocatus. item testis. ita not. Inno. in dicto. c. ad audientiam. quia omnes isti prestabunt causam morti. Sed de aduocato quero an indistincte exercens aduocationis officium in causa criminali incurrat irregularitatem. Et in hoc est distinguēdum. quia aut est aduocatus accusatoris ꝛ tunc subdistinguer quia aut est clericus in sacris constitutus. Et tunc incurrit irregularitatem quia imicet se officio ꝛ inter dicto vt in. c. i. de postu. vbi ei prohibetur ergo quod inde sequitur etiā sine culpa sua imputatur ei pro hoc est op. tex. in ar. in. c. cum in principio de homi. Aut est in minoribus constitutus. aut merus laycus. ꝛ tunc defensio illa est ei permissa vt traditur in dicto. c. i. ꝛ sic secuta morte non incurret irregularitatē ita not. abb. in. c. sententiam. ne clerici vl' mo. Et si dicas contrariū quia ex hoc sequitur mors accusatoris qui debet puniri pena talionis. dicendum quod ad hoc nō debet haberi respectus. absit enī vt ea que propter bonum facimus nobis putētur. Et hoc limita si iste in nulla culpa fuit in morte forte quia defendit licite causam adeo qd̄ non est ei quid imputetur. alias aūt si propter impericiaz vel incuriam obmisit licitam offensionē irregularitatez incurrit. vt notat abbas in dicto capitulo. i. de postu. Et ideo vtile consilium est quod quilꝫ clericus a talibus obstineat vel volens fieri. Sꝫ iuxta hoc quero pone quod aliquis quo

operatus fuit in homicidio ipsis occiso-
ribus. an iste incurret irregularitatem.
Ad hoc dicendum qd si iste venerit vt
occisoribus opem ferret si ab alijs impe
direntur irregularitatem incurrit. vt in
capitulo sicut dignum de homi. §. illi eti
am. Idem si cum posset a morte libe-
rare illum in vasum hoc nō faceret. vt in
dicto. §. Item prestantes auxiliū in
sarcinis custodiēdis. vt dicit tex. in. §. hij
quoqz eo. ti. Illi etiam qui fuerūt ar
mati supposito qd. illi non occiderit secu
to homicidio sūt irregulares. vt in dicto
capi. sicut dignum. §. fi.
Sed hoc limita si bellum est iniustum. si
tamen est iustum puta pro defensione fi
dei vel patrie iter expectētes vel etiā per
cucientes dūmodo ipi non interfecerit nō
incurrunt irregularitatem si sint clerici.
vt probat tex. in. c. perficio de homi. Idē
si inter sint vt defendant alios priuatos
quoscunqz qui inuaduntur dūmodo illi
in maxima necessitate essent positi. Si
tamen tanta necessitas non esset clericus
peccaret extrahendo arma vt alium defen
deret. secuto tamen homicidio dūmodo
ipse non occidisset non incurrit irregulari
tatē pro quo τ ibi tenet abb. in. c. penul.
de cleri. pen. tex. in. c. fi. eo. ti. Quero
pone q aliquis nō occidit. sed accelerat
mortem. vt si quis fuit sagitta percussus
τ alius preueniens mortem extrahit sa-
gittam propter quod ille citius moritur
an ille erit irregularis speculator mouet
hanc questionem titulo de legatis. §. dis-
pensatio. v. si tamen aliquis τ concludit
predictam extrahentem esse irregularem
idem sequitur abb. in. c. sentētiā. ne cleri.
vel mo. Idem dicendum de transmutā
te in lecto ipm infirmum ad aliud vt cit9
moriatur ille enī cum preueniat mortem
irregularis est. ita notat speculator titu
lo de legatis. §. iuxta prepositiōes. v. qd
si alius infirmum. Predicta proce-
dunt quādo cōstat quia de vulnere quis
mortuus est. Sed pone q post longū
tempus percussus obijt ita q potest de
hoc probabiliter dubitari. dicendum qd
si nunquā conualuit presumitur ex pmo
vulnere decessisse. Si vero conualuit τ
postmodum recidiuauit. τ tunc si post oc
to menses non presumitur ex vulnere de
cessisse. vt in. c. ii. de cleri. percusso. Se-
cus tamen si ante predictum tempus. hoc
tamen relinquendum est arbitrio iudicis
hoc determiat abbas in dicto. c. ii. τ hoc
tucius credo. q3 id qd not. salicetus in. l.
vnica. C. de emen. seruo. vbi tenuit indi-
stincte q si percussus obijt post octo me-
ses non presumitur in dubio ex priore
vulnere decessisse siue conualuerit siue nō
per. d. c. ii. de cleri. percu. τ hoc videt ve-
rius de iure. Sed contrarium est si
tius percussit inanimatum vt quia de-
dit alicui herbam ne conciperet: vel mas
culo ne generaret. ille non est irregularis
vt in. c. si aliquis de homi. Idem si fu
it causa vt mulier pregnās faceret ab or
tum dūmodo partus non esset viuificat9
vt in. c. sicut de homi. Si vero quis cō
misit casu homicidium tunc aut dabat
operam rei licite aut illicite. si licite aut
adhibuit diligentiam modo predicto. τ
tunc non incurrit irregularitatem vt i. c.
significasti. τ. c. dilectus. τ. c. ioannes de
homi. Unum tamen est q si scandalum
est hoc casu deberet abstinere a celebrati
one quia nihil est agendum cum scanda-
lo vt in. c. ex litteris. i. de homi. vbi ē tex.
no. de hoc. idem dicit ille tex. si infamia
sub esset. Unum tamen est q in predi
ctis duobus casibus est indicenda certa
purgatio que si faciat cessare scandalum
poterit iste celebrare alias: nō ita no. io.
an. quē sequtur. abb. in. d. c. ex lris. Aut
nō adhibuit diligentiā q debuit: τ tunc
incurrit irregularitatem. primo casu est
tex. in. c. ex litteris. ii. τ in. c. significasti. i.
de homi. si enim aliqd proijciebat. τ erat
locus quo vulgo iter fieri solebat debu-
it proclamare. Sed iuxta hoc dicit q
aut ipse dicit tarde. aut quia iam aliqs
erat percussus vel fugere non poterat vl
dixit voce submissa. ita q ille audire nō
posset. τ tunc non sufficit dicere caue.
Aut ipse proclamat ita vt ille audiat. et
non tarde: τ tunc sibi non imputatur: ni
si forte ille audire vel intelligere nō pos
set vt surdus infans vel furiosus debuit
enim diligētior esse vt illum premoneret

taliter vt srelligeret. ita tenet Dominic⁹ in syno. l. vi. al'. si aliquis occidatur irregularis est. vt in. §. item si putator iuste. ad. l. acquile. ꝙ limito nisi aliquod signum patens esset appositum quod denotaret opus fieri vt restis illa que ad tegulas confabricatur tectum solet apponi illa enim videtur transeuntes premonere. ita tenet Jo. faber ibi.

Si vero dabat operam rei illicite: tunc quicquid inde sequitur debet sibi imputari. ⁊ si preter intentum suum. vt in. c. dilectus de homi. ⁊ in. c. cōtinebatur. eo. ti. etiam cōtra suam prohibitionē: quia debuit cogitare id euenire posse. vt in. c. fi. de homi. li. vi. Dicitur aūt operam dare rei illicite qui immiscet se officio quod ad eum non expectat. imo est ei prohibitum. vt si clericus alicui medicinale impēdat officium vel cirugiam homicidiū qō eger incurrit etiam sine culpa ei imputabitur. vt est tex. in. c. tua i prin. de homi. ⁊ ibi tenet Inno. in alio tamen medico cui non est prohibitū illud officium. tunc homicidium secutum ei non imputabit dūmodo sit peritus in arte. Item nō curret infirmo suo capite: sed secundū traditiones artis. Item adhibeat diligentiam quā debet vt est tex. in. c. ad aures de eta. ⁊ quali. Idem dic in cirugico vt probat tex. in dicto. c. i. de homi. Item deseruientibus infirmis debent cauere vt non indulgeant eorum apetitui: sed sequantur mandatum medici. ita not abbas ⁊ doctores in dicto. c. tua. alias si sequatur mors et hoc sunt irregulares.

Idem dico si officium non fuisset sibi interdictum. non tamen expectaret ad eū sed ad alium. vt sacrista existente in ecclesia alius pulsaret campanā: tunc homicidium casu contingens sine culpa sua sibi imputabitur: quia immiscuit se officio ad se non pertinente. vt notat abbas in dicto. c. ioānes de homi. Idem dico si quis agat rem vtilem nec necessariā. ille enim dicitur dare operam rei illicite adeo quod homicidium: qualitercunqꝫ secutum ei imputabitur. ita determinatur in capitulo ex litteris. ii. de homi. Item si faciat rem sibi prohibitam vt si locatur clericus cum layco vt est glo. ⁊ tenet abbas in. c. continebatur de homi.

Aduerte tamen circa id quod dictum est supra ꝙ dans operā rei licite si nō adhibuit diligentiam q̄ꝫ debet incurrit irregularitatem. debet enī hoc intelligi quādo ille homicida fuit in lata culpa vel leui. Secus aūt si fuit in leuissima illā enim non sufficit ad irregularitatem contrahendam vt est singularis tex. in. c. questitum de peni. ⁊ remi. ⁊ ibi tenet abbas.

Sed ego limito dupliciter. Primo vt procedat quando stamus in meris finibus negligentie si actu vel habitu perpetratur tale homicidium. ita tenet Inno. quem sequitur Jo. an. in dicto. c. quesitū

Secundo limitatem nisi ille negligēs daret operam rei illicite: nam tunc culpa leuissima indistincte imputaretur ei ad irregularitatem pro quo facit tex. no. in c. sepe. l. vi. ibi ben. dicit opere necessario ⁊ c. quod etiam confirmatur nam danti operam rei illicite imputatur quicquid inde sequitur etiam preter suum intentū vt predictum est. Ex predictis infertur ad questionem. clericus illicite exercebat rixam cum alio amicis vel cōsanguineis interuenientibus alius fuit occisus. nunquid iste sit irregularis. ⁊ in hoc dicendū ꝙ sic. ad hoc facit tex. in. c. petrus de homi. nam excusatur ibi clericus ille cuius consanguinei suum inimicum occiderunt quia ille non dedit causam nec occasionē illi inimicicie. A contrario ergo sensu secus esset dicendum nisi ille dedisset causam vel occasionē. ⁊ etiam ex eo casu quo clericus non dedit causam rixe vel inimicicie ad hoc vt homicidium factum per cōsanguineos. ⁊ amicos sibi non imputaretur. oportet ꝙ si ille sciebat illud homicidium tractari contra suum aduersariū ipse illud prohibeat vt in d. c. petrus.

Et predicta distinctio procedit vbi amici vel cōsanguinei clerici interfecissent inimicum illius secus si superuenissent amici illius cum quo clericus discetabat. qꝛ tunc homicidium per alium cōmissum nō imputaretur clerico. ita notat abbas in dicto capitulo. petrus ⁊ doctores in capitulo significasti. ii. de homi.

Sed salua debita correptione mihi vi
detur contrarium. Nam cum ille dederit
causam huic rixe censetur dedisse causaꝫ
cuicunqꝫ homicidio qđ fuerit inde secutũ
siue commissum. cum ergo dederit causaꝫ
imputandum est sibi ad irregularitatem
ad qđ ego allego op. tex. in. l. multa faci-
nora. C. ad legem iu. de vi. pu. vl' priua.
Ulterius quero pone qđ clericus pati-
tur furtum vel rapinam vel iniuriam ac-
cusat malefactorem illum coram iudice
seculari ille iusticia exigente mandato iu-
dicis occiditur vel mutilatur: an iste erit
irregularis. Dicendũ ꝙ non dũmodo
iste protestetur ꝙ in sua accusatione vel
querela non intendit ad vindictam san-
guinis. tex. est in. c. ii. de homi. li. vi.
Illam tamen protestationem sicut expri-
mit hore: ita debet gerere corde alias se-
cuto homicidio irregularis esset ita no.
Jo. an. in nouella quem sequitur domi-
nicus. ꝙ procedit etiam si det inter signa
latronis vt in. c. sua. §. fi. de homi. Ratio
est quia ex ipsis nõ conuinatur fur ad hoc
vt debeat condẽpnari. Quid tamen si
ille cuius bona sunt derobata clamat la-
trones. latrones capite vel aliud huius-
modi an secuto postea homicidio in per
sona latronis illud debeat sibi imputa-
ri vt irregularis efficiatur. dicendum est
ꝙ sic. nam ex negligentia cõmittitur ho-
micidium vt in. c. quesitum. de pe. ⁊ remi.
qđ intellige si iste credebat quomodo in
se sequi posse homicidium ita no. hosti.
⁊ Fran. in dicto. c. significasti. ii. ⁊ ibi ab
bas. nisi timeret iste ꝙ latrones eum oc-
cidere volebant. ita not. specu. ti. de le. §.
dispensatio. Sed pone quattuor erãt
in domo alius proiecit lapidem. ⁊ occidit
nescitur quis an omnes reputabũtur ir-
regulares vel quis eorum. bar. brixi. in
questione vermilli tenent tucius esse oẽs
abstinere per dictum. c. significasti. ii.
Sed hosti. ⁊ Jo. an. tenent ꝙ nemo est
repellendus ex quo nescitur nec cõstat ꝙ
aliquis deliquerat licet dubitetur an oc
ciderit. ita tenent ipsi in dicto. c. significa
sti. quem sequitur ibi Antonius qđ pro-
cedit etiam quo ad penam criminalem in
fligendam. ita tenet florianus in. l. item

mella. §. si plures. ff. ad. l. acqui. quo ad
penam tamen pecuniariam que pro deli
cto imponitur si necessarium erat vnum
ex hijs deliquisse vt si statuto ponit cer-
ta pena deferenti gladium. ⁊ quattuor se
dentibus in vaco ad pedes eorum reperi
tur gladius. tunc enim quilibet eorum in
solidum conuenitur. sed vno soluente ce-
teri liberantur. scd̃m eum in dicta. l.
Sed iuxta questionem principalẽm de la
pide proiecto de domo mihi videtur qđ
de iure regni nostri si non constaret quis
occidit dominus domus quantũ ad penaꝫ
tenetur de homicidio: ⁊ est quedaꝫ. l. fori
li. iiii. ti. de los homizillos que incipit to
do ome: que disponit ꝙ si in domo alicu
ius reperitur homo mortuus. ⁊ nescitur
quis occiderit: ꝙ dominus domus tene-
bitur de homicidio. Ita dicemus si de
domo alicuius fuit aliquis occisus. ⁊ ne
scitur a quo nam effectus productus ex
aliqua causa ei attribuitur vt est optim'
tex. in. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aquil'. ⁊ i
l. dapni. §. sabini. ff. de dap. infec. ⁊ hoc ẽ
menti valde tenendum. Ulterius pone
ꝙ plures percusserunt aliquem vniuscu
iusqꝫ vulnus non sufficit per se ad mor-
tem: sꝫ omnia vulnera simul inflicta suf-
ficiunt. an omnes erunt homicide. Inno.
in dicto. c. significasti tenet ꝙ quilibet te
netur de occiso facit. xxiii. q. vlti. c. fi. idẽ
tenet bar. in. l. fi. ff. ad. l. corne. de sica. et
abbas in dicto. c. significasti. Sed que
ro an clericus presentiam suam adhibẽs
cum aliquis occiditur vel mutilatur pec
cet vel incurrat irregularitatem. Dicẽ
dum ꝙ ille grauiter peccat: quia contra
iuris prohibitionem illud facere ꝙ attẽ
tat vt in. c. sententiam ne cleri. vel mo. ille
tamen qui temporalem iurisdictionẽ ha
bent in loco si assistat cum ex precepto iu
sticie suspendium vel aliam mortem hu-
iusmodi patitur quis irregularitatẽ in-
currit pro quo est tex. in. c. ex litteris de
exces. prela. ⁊ ibi tenet abbas. ratio est.
quia adhibendo presentiam videtur au
ctoritatem prestare exco. non potest ifer-
ri casus in quo sola presentia adhibita
non indicat auctoritateꝫ facit ad hoc. id
quod abbas in. c. tanta. de exces. prela. in

fi. vbi tenet ꝙ si eṗus tempore interdicti audiat diuina: videtur auctoritatem pre stare: ita ꝙ tanꝗ auctorizãs incurrit irregularitatem. Ex quibus potest haberi op. limitatio ad ea que no. abb. i. c. dilectus de arbi. in illa questione an presentiam suã adhibens in actu videatur auctoritatem prestare. ₒsequenter quero aliquis scribebat cuidã militi vt aliquem interficeret dedit ille litteras suo capellano vt legeret illis per lectis secutum est homicidiũ. an iste clericus incurrit irregularitatẽ: dicendum est ꝙ sic. qꝛ dedit misterium morti istius vnde supposito ꝙ nesciret quid in carta cõtinebatur cum accessit ad locuz illum debuit supersedere ꝛ dicere militi hoc non spectat ad officium meum. ita tenet Jo. an. ꝛ hosti. in dicto. c. sententiã. Quero an si clericus ministrat alicui arma in bello ipsis pugnãtibus incurrit irregularitatem. In hoc est distinguendum ꝙ aut querimus de bello iusto an de iniusto. Si in iniusto nõ est dubium quin incurrat irregularitatem quia prebet misterium morti. Si vero bellum est iustum: hic etiam erit dicendum ꝙ prestatio armorum est immediatum misterium ad mortẽ. ita determinat Inno. in dicto. c. sententiã qđ procedit etiam si ministrãs arma hoc non intendat. ratio est. debuit cogitare hoc euenire posse. vt not. abbas in dicto. c. sententiã. Si tamẽ in bello iusto clericus non daret ita operam propinquam morti non est irregularis: vt si clericus propositus iusto bello facit emi balistas cum quibus pugnet: non tamẽ impendat eas pugnantibus vt dictũ est ar. de. c. occidentes. xxiii. q. v. ita not. speculator ti. de le. §. dispensatio. v. qđ si clericus in bello iusto. Quod si clericus supra scribit ꝙ capiatur aliquis: nõ tamen scribit de morte secuta est mors inde. Certe iste erit irregularis. ita no. hosti. in dicto. c. sententiã. qđ procedit etiam si iste nõ cogitabat vere similiter hoc posse euenire. quia forte scripsit qđ super causam mere ciuile caperetur qđ veruz intellige si iste fuit in culpa hoc scribẽdo: forte quia non expectabat ad officium suuz ita not. abb. in dicto. c. sententiã. qđ no. facit enĩ ad multa. Signanter ad illã questionem de illo qui indicauit aliquem qui querebatur vt caperetur qui postmodum fuit captus ꝛ occisus vel mutilat³. an hijs qui eum indicauit incurrit irregularitatem. speculator mouet hanc questionem. ti. de le. §. dispensatio. v. quid si iudex: qui concludit qđ si ego. sciẽs quod ad mortem quereretur indicaui illum irregularitatem incurro secuto homicidio. secus si nesciui nec suspicat³ sum quod ad mortem vel ad penam sanguinis quereretur. Quod ego limitarem vt in proxima questione puta nisi hoc nõ spectaret ad officium suum. vt si forte erat clericus qui interrogatus fuit a iudice seculari non obligatur ad hoc respondere cum non sit iudex suus ad hoc faciũt no. per abb. in. c. i. de testi. cogen. A predictis oĩbus excipiuntur quattuor qui etiam si occidant vel mutilent non incurrũt irregularitatem. s. furiosus. infans dormiens vel in se defendendo cũ aliter mortem vitare non valens suuz occidit inuasorez. pro hoc est tex. in cle. si furiosus de homi. Circa furiosum tamẽ quero an idem sit inebrio vt non incurrat irregularitatem propter homicidium ꝛ videbatur qđ sic. quia ebrius equiparatus est ei ꝛ est exemplum si positus est extra rationem. quemadmodum ꝛ ille furiosus.

Sed cõtrarium est verum quia a principio in culpa fuit se in ebriãdo, pro quo facit tex. in. c. inebriauerunt. xv. q. i. ita tenet aluarus in dicta cle. si furiosus. ꝛ io. de ymo. ibi ad quod facit id quod philosophus dicit. iii. ethicoꝝ. vbi dicit quod ebrius delinquens duplicia penas meretur. s. quia se inebriauit. ꝛ quia delinqꝫ ex quo enĩ causa. s. ebrietas fuit in eius potestate a principio quicquid ex in de sequitur sibi imputatur. An aũt delictũ iputetur sibi i foro iudiciali remitto ad ea que notat abb. in. c. sicut de testi. vbi tenet qđ sic. non tamẽ punietur ordinaria pena sed minori: de quo vide ibi per eũ.

Circa infantem etiam quero: an indistincte ille excusetur ab irregularitate. Dicendum quod non imo debet intelligi

dũmodo non sit infans doli capax. pro-
batur hoc per dicta cle. que illas perso
nas excusat ab irregularitate propt eis.
quia in eis cessabat oĩno voluntas occi
dendi. ⁊ animus que ratio cessat in istis
ĩfantib⁹ doli capacibus. ergo cessabit il
la dispositio. vt in. l. cuꝫ pater. §. dulcissi
mus. ff. de le. ii. istam conclusionem tenet
abbas in. c. i. de delictis puerorum. ⁊ ex
hoc poteris limitare. l. i. C. de falsa mo.
cum dicit qꝺ etas illa ignorat quid vide
at. Ulterius etiam iuxta hoc quero. an
maior infante ĩnpubes non doli capax
occidens vel mutilans incurrat irregula
ritatem hosti. in. c. i. de delic. puero quod
sit quia in. l. prromotiones nõ voluntas
sed factum attenditur. contrarium deter
minat glo. in dicta cle. si furiosus ad qꝺ
allegat illum tex. quasi velit ꝙ eadeꝫ ra
tione qua excusatur infans excusetur eti
am impubes qui nõ est doli capax. ⁊ istã
conclusionẽ seqtur ibi Henricus ⁊ pau-
lus ⁊ Bonifacius. ⁊ Petrus de aucbar
rano. ⁊ Jo. de ymo. ⁊ cõmuniter docto. sꝫ
quidam doctor cum repeteret: dictaꝫ cle.
tenuit opinionem hosti. dicens. ꝙ ad in-
currendam irregularitatem non sequit
animus dolosus vt patet iniuste occiden
te qui incurrit irregularitatem. ⁊ ad di-
ctam cle. respõdet qꝺ intelligenda sit stri
cte in criminibus vel in casibus in quib⁹
loquitur. Sed ego tenerem opi. glo. q̃
est cõmunis oĩum docto. p quo facit tex.
in dicta cle. que non vt priuilegiaret ibi
contentos sed illa ratione. quia illi care-
bant voluntate oĩno eximit illos ab irre
gularitate non enim dicitur illos delin-
quere. Ex quo in eis ex toto cessat ani
mus delinquendi. cum ergo hec ratio mi
litet in impubere non doli capace. milita
bit etiam eadem iuris dispositio.
Preterea ĩpubes qui non est doli capax
est inter duo extrema. s. infantis ⁊ puber
tatem. debet ergo percipere naturam illi
us cui magis adheret. Cum ergo iste ma
gis adheret infantie eius naturam cõmu
nicabit per. l. queritur. ff. de sta. hom.
Item confirmatur quia legali pena iste
qui proximus est infantie non pugnitur
pro eo ꝙ non est doli capax. Ita probat
tex. in. l. impubereꝫ. ff. de furtis. ⁊ est tex.
in capi. i. de delic. puero.
Ad fundamenta constat facilis. respõsio
ad id qꝺ dicitur ꝙ ad irregularitatẽ cõ-
trahendam non requiritur animus.
Dicẽdum ꝙ illud exstat. ĩmo requiritur
vt colligitur in. d. cle. nec ob. ꝙ homicidã
quedam casualia imputantur supposi-
to ꝙ in eis cesset animus ex quo culpa il
la casus fortuit⁹ cõtingit ad quẽ culpa.
Voluntas ⁊ animus accessit ꝙ sufficit
ad hoc vt qꝺ inde fuerit secutum impute
tur. ita determinat philosophus. ii. ethi
corũ vbi de voluntario ⁊ in voluntario
agit. ⁊ inde habuerunt ortum multa iu-
ra. tituli vt. c. significasti. i. ⁊ in. c. ioan-
nes. ⁊ ex litteris. i. ⁊. ii. ⁊. c. cõtinebatur.
Ad hoc ꝙ dicebatur de iudice dic ꝙ vbi
adest animus occidendi. supposito ꝙ ille
animus sit iustus efficitur irregularis.
Circa dormientem queritur. an si dormi
ens occidit aliquem: quem videns occide
re cogitabat. an ille incurrat irregulari
tatem Guill. in dicta cle. si furiosus ⁊ cõ
muniter docto. tenent ꝙ non: ratio est qꝛ
ille tunc non sentit quid faciat. Circa
se defendentem quero an sit verum indi-
stincte ꝙ ille incurret irregularitatem.
Dicerem, ad hoc quod sic dummodo qꝺ
concurrat aliqua. Primum ꝙ fiat in
continenti. ⁊ nõ ex interuallo quia alias
potius esset vlcio q̃ȝ defensio. Item qꝺ
faciat se defendens animo se defendendi
non vlciscendi. Tertiuꝫ requiritur qꝺ
fiat cum moderamine in culpate tutelle.
Dicitur etiam moderatum inculpate
seruari: si illud tantum facit quo obmisso
violentia repelli non posset. vt dicit glo.
in dicto. c. significasti. ii. vnde non est ne-
cesse ad hoc vt dictum moderamen obser
uetur qꝺ per omnia sint arma equalia in
uadentis ⁊ inuasi.
Sed debet in hoc attendi qualitas per-
sonarum ⁊ alie circumstantie quas bo-
nus iudex considerabit pro; quo est glo.
no. in. l. i. C. vnde. vi. ⁊ ibi tenent cõmuni
ter docto. Et ad hoc vt ista defensio lici
ta reddatur non est necesse primum ictũ
inuadentis expectare vt est glosa in. §. sꝫ
ex factis insti. de iter. ⁊ in. d. l. vnde. vi. C.

Item etiam poterit quis perforamē suum occidere in vasorem. ita notat abbas in dicto .c. significasti .ii. Item τ bene nota. vnde si minus potens timet magis potentem poterit illum insidiose vel veneno occidere. vt notat Jo. faber. insti. §. ius autē de iu. na. Sed intelligo hoc quantum ad irregularitatem vitandam dum tamen nequeant aliter mortem euadere. vt infra dicam. Et in tantum iusta defensio excusat q̄ si clericus stās ad altare missam celebrans inuoditur poterit obmissa celebratione defensioni insistere: τ si occidat poterit redire ad altare τ inchoatam missam cōsumere. ita not. abbas in .c. clerici. arma. por. de vi. τ ho. cleri. Sed predicta intellige dūmodo inuasus ille aliter mortem vitare nō posset. si ergo posset vitare forte fugiēdo dūmodo posset facere talem fugam sine periculo. τ tunc occidendo incurrit irregularitatem pro quo facit tex. in dicta cle. si furiosus. τ ibi glo. q̄z sequitur Jo. de ymo. τ docto. Quantum ad penam tamen legalem excusaretur occidens se defendēdo. τ eo casu quo posset euadere fugiendo. non enim tenetur quis fugere cū illud sit iniuriosum. vt in .l. item. §. apud labionem. ff. de iniu. ita determiāt bar. in .l. i. C. vnde vi. τ abb. in .c. significasti. τ in .c. olim. i. de resti. spoli. Pondera tamen tex. in .d. cle. que dicit mortem vitare non valens. secus ergo si detrimentum rerum velit euitare. nam tunc si propter hoc occidat incurrit irregularitatē potius enī debuisset post tunicam relinquere palium q̄z pro rebus vilibus τ trāsitorijs adeo acriter in fratres exardescere. vt in .c. suscepimus de homi. Item q̄ textus in dicta cle. dicit mortem. Quid si aliter non potest vitare detruncationē membri vel aliam penam corporalem.

In hoc dicendum quod quantum ad penam que iudicialiter venit imponenda pro homicidio iste est immunis ex quo q̄ damnum corporalem est irrecuperabile. ita notat Florianus in lege scientia. ff. ad .l. acqui. Sed quantum ad irregularitatem contrahendam secus crederem quia textus in dicta cle. dicit mortē.

Item ad hoc facit id quod not. ep̄us abulēsis. mathei. v. c. q. cix. vbi dicit aliud forti⁹. s. q̄ si mors infert alicui violēter. τ iste stat deliberatus taliter q̄ post mortem patienter. τ in statu gratie sustinere debet ne perdat animaz inuadētis.

Quod etiam confirmari posset per id quod nicolaus dicit io. xv. sup illud maiorem charitatem nemo τc. Dicit ex precepto charitatis obligatur quis ponere corpus suum per saluanda anima proximi. Ad q̄ etiam facit q̄ scribitur Jo. iii. nos debemus pro fratribus animas ponere exponitur ibi .i. corpora nam vt Augustin⁹ inquid in .i. de doctrina xpiana quattuor sunt principaliter intelligenda. Primo de⁹ qui super oīa est. Secunda anima nostra. Tertia aīa proximi. Quarta τ vltimo corpus nr̄m. Ecce quod in dilectione preponitur aīa proximi corpori nostro. Pondero etiaz tex. in .d. cle. que dicit mortē propriam.

Si ergo quis propter saluandam vitam proximi occidat. τ si quantū ad legē ciuilez a pena sit inmunis vt notat bar. in .l. si quis in seruitutē. ff. de furtis τ ibi est tex. efficitur tamē irregularis. q̄ procedit etiam si occidat inuadentem prēm vel matrem vel alium cōiunctum ita no. glo. in dicta cle. si furi. Circa secundū modum principalem in quo supra dixi comiti homicidium. s. precepto. aduertēdum q̄ nedum mādans directe comitti homicidium. sed etiam mandans aliquē verberari vel aliquid in alium cōmittendum modo debuit iste veri similiter cogitare inde seq̄ posse homicidiū incurrit irregularitatem. etiam si expresse vetuerit homicidium comiti vt ē tex. in .c. fi. de homi. li. vi. tenetur iste mandans siue incōtinenti siue post maximū interuallū seq̄tur illud homicidium. ita tenet Jnno. in dicto .c. ad audientiam. notandum etiam iuxta hoc q̄ si quis mādauit homicidiū comiteti ad hoc vt secuto homicidio excusetur oportet q̄ mandās illud reuocet q̄ reuocatio potest fieri dupl'r. s. expresse τ tacite expresse vitando exp̄sse ne exequatur mandatū ip̄i⁹ tacite: si pax ineatur inter mādatū τ suū inimicuz: vel amicicia sci-

ente eo qui mandatum recepit. ita notat Inno. in dicto. c. ad audientiā.

Circa. iii. modum principalem quo p̄ dixi homicidium cōmitti. s. quo aduertē dum qđ aut consulēs dabat operam rei licite aut rei illicite. Primo casu aut directe consulit in mortem aut indirecte. si directe puta quia dixit occidite vel exponite vos morti vt pro patria vel aliquo huiusmodi consulēs irregularis est secuto homicidio. Pro fide tamē. z. l. potest quis in mortem consulere sine metu irregularitatis. si vero nō consulit directe in mortem vt si consulit pro defensione patrie capiendum esse: ꝛ tunc non incurrit consulens irregularitatem. Ad hoc aūt vt quis de consilio non teneatur requiritur qđ reuocet illud ꝛ contrarium suadeat eius qđ primo consulit: Immo debet suadere illi in cuius perniciem consulit qđ sibi caueat. predicta omnia ponit Inno. in dicto. c. ad audiētiā. Iuxta premissa quero clericus interrogatꝰ qualiter debeat aliquis maleficus puniri. Respondet qđ ad mortem vel ad mutilationem. An secuta morte vel mutilatione ille incurrat irregularitatem. Ad hoc dicendum qđ aut casus iminebat de presenti aut non. Primo casu consulens incurrit irregularitatez pro quo est tex. cum glo. in. c. ex litteris de exces. pla.

Aut non īminebat de presenti ꝛ tunc supposito quod respōdeat. homicida est taliter puniendus non incurrit irregularitatem. vt not. glo. in dicto. c. ex litteris. ꝛ ibi not. docto. qđ limita verum si iste recte cōsuluit: si tamen non recte: ꝛ tunc si probabiliter fuit dubitatio puta qđ cōflictatio magna erat inter docto. ar. eorꝫ quem notat Io. an. in. c. i. de consti. ꝛ eorꝫ que docto. in. c. finem. de do. ꝛ contu. circa materiam expensarum. Si vero nō erat probabilis error. si iste erat iurisperitus vel putabatur esse. ꝛ iudex secutus eius consilium occidit incurrit irregularitatem. ita not. specula. in ti. de le. §. dispensatio. v. qđ si iudex.

Caueant ergo predicatores ne cum aliquis in carcere proxime pro crimine detinetur in suis predicationibus dicant aliquid ex quo iudex moueatur ad occidendum alioquin incurrunt irregularitatē. secus si ex eorum consilio vel sugestione iudex non mouetur. sed alias erat dispositus illud facere per ea que notat abb. in dicto. c. ex litteris de exces. prela. Quod ego limitarem quando huiusmodi predicator directe consuleret vel suggeret mortem. Secus si generaliter ꝛ indirecte suaderet in predicatione dicens maleficos debere puniri. ꝛ prouinciam deberi per presidez purgari malis hominibus vel iusticiam deberi per presidem ministrari. ad hoc induco quod not. Inno. in dicto. c. ad audientiam qđ est notabile.

